This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Lt 1.427

INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE

VE RI TAS

The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld

HARVARD COLLEGE LIBRARY

Lt 1. 4-27

CAJI CORNELII TACITI

DE

SITU MORIBUS ET POPULIS

GERMANIAE

LIBELLUS

X RECENSIONE ET CUM SELECTIS OBSERVATIONIBUS HUCUSQUE ANECDOTIS

PAULLI DANIELIS LONGOLII

EX MSC. EDITUS

A

JOANNE KAPPIO.

EDITIO ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TEXTUM PASSIM REFINXIT VARIETATEM LECTIONIS SUPPLEVIT NOTASQUE SUAS ADJECIT

PHILIPPUS CAROLUS HESS

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET GYMNASII HANOVIENSIS PROFESSOR.

LIPSIAE ET SORAVIAE

SUMPTIBUS FRIDERICI FLEISCHERI

1824.

Lt 1142.7

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 8, 1908

BOUND JUN 29 1914

VIRO CLARISSIMO ET DOCTISSIMO

DE LITERIS GRAECIS LATINISQUE NEC NON DE REBUS
SCHOLASTICIS OPTIME MERITO

SIBIQUE AMICISSIMO

GODOFREDO SEEBODIO

PHILOSOPHIAE DOCTORI ET ANDREANI, QUOD HILDESIAE FLORET,
DIRECTORI

HANC ALTERAM GERMANIAE EDITIONEM

D. D. D.

PH. CAR. HESS.

PRAEFATIO

AD

PRIOREM EDITIONEM.

LECTORI AEQUO AC DOCTO

S. P. D.

JOANNES KAPPIUS.

Paullum Danielem Longolium, illustris Gymnasii, quod Curiae Regnitianae floret, Rectorem nuper celeberrimum, in interpretando libello *C. Cornelii Taciti de situ, moribus ac populis Germaniae* per quinquaginta fere annos fuisse versatum, neminem historia literaria vel leviter tinctum latere posse existimo. Vir enim doctissimus non solum in dissertationibus de Origine Ἀνθρωποθυσίας Lipsiae habitis, multa loca Taciti illustravit, sed etiam cum a patruo meo, J. E. Kappio, Lipsiensium Professore Eloquentiae, magistratui Curiensi diligenter commendatus, ludi literarii regundi caussa Curiam vocatus esset, editionem istius libelli minorem adornavit, multisque programmatibus Taciti loca difficilia explicare perrexit, atque spem fecit majoris editionis, in qua perpetuus et amplissimus commentarius cum verborum tum rerum inesset et amatores

longa-

longarum disputationum super singulis verbis nihil omnino desiderarent, quod ad etymologiam, orthographiam, grammaticam, criticam, tropos, figuras, historiam, geographiam, antiquitates, parallelismum, stilum et rem literariam pertineret. Avidius igitur exspectabant rerum Germanicarum studiosi haud pauci Longolii opus saepius promissum; exspectabant commentarium omnibus fere numeris absolutum, qui viri doctissimi ἀγχίνοιαν καὶ ἀκρίβειαν noverant. Enimvero mors senem venerandum orbi literario abstulit, antequam opus ad finem perducere eique coronidem imponere potuisset. Erat enim vir laboris patientissimus multis aliis laboribus ita districtus, ut ipsi praeter horulas subsecivas fere nihil temporis ad consummandam Taciti editionem relinqueretur. Nec obstat, virum optimum saepius de sua Taciti editione ita locutum esse, ac si jam dudum prelo esset parata. Ejus enim mos fuit perpetuus, libros, quos edere in animo habuerat, tamquam confectos et jam ad finem perductos, certe prelo typographi paratos, pronuntiare; licet illis tum demum ultimam manum adjiceret, cum jam primam plagulam prela exercerent. Hoc inter omnes constat, qui Longolium penitus noverunt, atque typographi plus quam semel conquesti sunt, Longolium typothetis plerumque minimas tantum librorum imprimendorum particulas per scidas minutas subinde misisse. Nemini ergo mirum videri debet, virum optimum de libel-

lis,

lis, quos prelo paratos dixerat, tantummodo collectanea habuisse, in ordinem tum demum redigenda, cum redemtorem invenissent. Eumdem morem etiam servatum esse a viro laboriosissimo in *libello Taciti de situ moribus et populis Germaniae*, ex his patebit, quae sequuntur. Egerat paucis ante obitum annis cum bibliopola quodam extero de Tacito suo. Promiserat bibliopola, se redemturum esse commentarium Longolianum, si specimen illius vidisset et examinasset. Quid tum Longolius? Omnibus aliis posthabitis laboribus, summa diligentia elaboravit amplissimum commentarium a cap. XXII — XXIX, et bibliopolae transmisit. Hic sive mole libri — nam octo horum capitum commentarius, ipsius Longolii manu adcurate et minutim scriptus, viginti plagularum spatium superat — sive interpretandi modo, a nostri seculi genio alieno, deterritus, conditionem respuit auctorique suo commentarium remisit. Sic optimus Longolius, spe sua dejectus, commentarium suum in meliora tempora reservandum ratus, aliis interim laboribus se accinxit. Quibus dum operam daret, secuta est illius mors. Dolebant multi boni doctique viri fatum integerrimi et vere pii Longolii, cum ob alias causas, tum in primis ob Taciti commentarium, qui cum auctore suo sepultum iri videbatur. Horum haud pauci a me, cui de Longolianis quodam modo constare sciebant, literis petierunt, ut opus Longolianum interire neutiquam paterer, sed, si nihil aliud, certe

frag-

fragmentum illius cum orbe erudito communicarem. Efflagitare quoque videbatur pietas in Longolium, de me optime meritum, ut illius observationes, quantum in me situm esset, ab interitu vindicarem. Igitur cum bibliotheca Longolii in manus Camerarii Erlangensis venisset, omnia, quae de Tacito, partim manu Longolii scripta, partim ad interpretationem illius facientia, reperiri poterant, mihi comparavi, atque de edendis, si non omnibus, certe selectis, observationibus Longolii serio cogitavi.

Etenim e re emtorum putaveram esse, non omnia, quae Longolius ὁ μακαρίτης ad illustrandum Tacitum congesserat, edere, sed nimis trita et superflua resecando delectum tantummodo observationum habere. Mirum enim quantum dilexerat vir optimus etymologicas, orthographicas et grammaticas adnotatiunculas. Quae licet ad sensum auctoris eruendum ne tantillum quidem facerent, et ad augendum Lexicon potius pertinerent, ubivis tamen locorum adspersit, sicque multis scriptorum suorum lectoribus, si non nauseam, certe molestiam creavit. Quare eas maximam partem abjeci, retentis tamen nonnullis, ut commentarius traheret aliquid Longoliani et methodus interpretationis Longolianae exinde cognosci posset.

Jure tamen quodam meo adfirmare ausim, me nihil omisisse, quod ad melius intelligendum Tacitum Longolius adleverat, etsi vix quarta pars adnotationum illius sit relicta.

'Ut

Ut autem lector doctus et aequus melius intelligere possit, quibus subsidiis in his adnotationibus vel melius digerendis, vel in compendium redigendis usus sim, brevem eorum dabo recensum.

Primo in manibus habui collectanea diversis temporibus ab ipso Longolio inter legendum congesta, latine scripta; deinde adnotatioues in Tacitum, quas vir. beatus fere singulis annis auditoribus in calamum dictavit, et quas ipse ego 1756 et 1757 ex ore ejus excepi, theodisce scriptas. Harum adnotationum plura exempla aliunde a discipulis Longolii conquisivi, in quibus eminet exemplum, manu Clar. Pruikneri, Gymnasii Curiensis Collegae Quinti bene merentis scriptum, quippe ab ipso Longolio 1776 et 1777 emendatum, melius digestum et hinc inde auctum.

Praeter haec Longolius interpretationem variorum Taciti locorum propriis quibusdam scidis inscripserat, quas more carminum Sibyllae dispersas et confusas, non sine multo labore in ordinem redegi et suis locis inserui. Omnium maxime autem mihi profuit fragmentum illud, cap. XXII — XXIX. continens, ab ipso Longolio scriptum, cujus mentionem jam supra feci. Cum his conjunxi, quae vel ipse ego a Longolio quondam audieram, vel quae vir beatus ad illustrandum Tacitum alibi scripserat.

Nihil ergo reliqui feci, quod eo pertineret, ut Longolii commentarius in Tacitum emendatus lucem adspiceret. Vereor tamen, ut omnibus satis faciat;

atque

dandis aut explicandis haud frustra et sine laude studium operamque ab aliis adhuc posse collocari. Licet enim Noster per aliquot deinceps saecula editores nactus sit egregios, in verbis auctoris emendandis sententiisque exponendis summa industria et eruditione versatos, tamen nuper Passovius, vir ingenii acumine et doctrina accurata promptaque insignis, si quis alius, de Nostri Germania optime meritus, luculenter demonstravit, quantum Editori reliqui sit factum, et quaenam via ei ingredienda, qui aut conjecturis aut malis lectionibus e textu ejiciendis germanam scriptoris orationem ubique restituere velit; quod demum post omnes Codices accuratius, quam hucusque in plerisque factum viderimus, excussos possit sperari. De rebus ad antiquitates, geographiam historiamque Germaniae antiquissimam pertinentibus vel Editores in notis egerunt, vel VV. DD. ingentem librorum singularium ad calcem Editionis Longolianae I. et Historiae Barthianae Tom. II. magnam partem indicatorum copiam conscripserunt, ex quibus, si a praestantioribus discesseris, velut Cluverii, Speneri, Moeseri, Mannerti, Adelungii, Barthii, Wilhelmi, quum saepius tam multa aut ad nostrorum temporum rationem minus accommodata aut prorsus futilia aut falsa contineant, quid inde ad Nostrum illustrandum peti possit, haud facile fuerit dictu.

Sed ne his praemittendis lectores intelligentes diutius morer, et ut ipsi probe jam possint dijudicare, quid

quid de hac Editione sit exspectandum, quomodo subsidiis ad Taciti Germaniam melius edendam adhibendis sim usus, quotquot nimirum, quoniam Hanoviae, urbe omnibus aliis rebus potius, quam literis bonisque artibus affluente, summa librorum *) penuria premor, nec aliunde nisi minorem partem a viris benevolis expetitam conquirere poteram, ad manus fuerunt; quidnam consilii in altera Editione adornanda persequi statuerim, paucis exponere in animo est.

Quum nulla Editionum adhuc in lucem emissarum ab omni parte ita satisfaciat, ut et criticis et exegeticis annotationibus ad plenam accuratamque scriptoris intelligentiam et interpretationem necessariis sit satis instructa, jureque in Editione Longoliana, quae non ubique lectori auxilium suppeditet, aut multis in rebus explicandis eum deserat, haud pauca desiderentur, duo potissimum, ut novi Editoris officium explerem, spectanda esse putavi.

Altera muneris pars erat, ut omnem lectionum variarum farraginem, a Kappio ex parte tantum aut negligentius, fontibus saepius non nominatis, ex-

*) Num Editione a Lemairio Paris. 1819 — 1820. 6. voll. 8. vulgata, qua uti non licebat, Nostro multum opis lucisque afferatur, decernere nequeo. J. F. N. Fischeri disputationem de octo locis in Tac. Germ., quae prodiit Gryphiswaldae 1823. 10 plagg. 8., frustra mihi comparare studui.

exhibitarum, congererem. Quae varietas majori minorive accuratione enotata a VV. DD. est ex Codicibus Arundeliano, Bambergensi, Farnesiano, Hummeliano, Longoliano, Turicensi *), Vaticano utroque, ex Editionibus vetustis, Spirensis **) principe, Katharensis, Puteolani, Monacensis, Norimbergensi, Romana, Viennensi, Rhenani aliisque, praeter Lipsii, Pichenae, Gronovii, recentioribus. De quorum Codd. et Edd. pretio et auctoritate si quis VV. DD. judicia penitus cognoscere cupiat, ei Ernestius, Oberlinus, Bipontini et Passovius in Praefationibus, Orellius et Thierschius ll. ll. erunt consulendi.

In

---

*) Collationem Cod. Turic. et Ed. Kathar., quae non ubique, ut Ernestius in Praef. T. I. p. LX. Ed. Oberlin. opinatus est, cum Spirensis consentit, accuratam, annotationibus bonae frugis plenissimis passim additis, exhibent J. Casp. Orellii Symbolae criticae et philologicae in C. Corn. Taciti Germaniam. Turici 1819. 4.

**) Fr. Thiersch. V. Cl. in Actt. Philol. Monacc. T. III. Fasc. 3. p. 459 sq. hujus Editionis lectiones, ab Ernestio neque omnes neque satis accurate exscriptas, in omnibus locis apposuit, in quibus constituendis aut critici laborarint, aut libri varient, etiam eas, ex quibus orthographiae ratio cognoscatur, in nominibus propriis, modo litera majuscula modo minuscula ab initio scribendis, admodum inconstans (quod passim annotare nobis non operae pretium est visum); praeterea de locis nonnullis difficilioribus quae bene disputavit, quaeque partim in usum nostrum convertimus, suis locis indicavimus.

In textu recensendo, cui, quoad post plerosque Codices nondum exhaustos ejus fieri poterat, Passovius a corruptelarum labe, quae ei conjecturis vel pravis lectionibus temere receptis esset aspersa, repurgato nitorem orationis Cornelianae restituit, ab hoc viro egregio, quanquam meo in lectionibus examinandis ponderandisque judicio ubique usus, nisi aliquot locis, discedere temeritatis coecaeque novandi cupiditatis est visum.

In orthographia quum mira adhuc inter VV. DD. sit inconstantia, non priscam illam cum plerisque Editoribus aliorum auctorum Romanorum, itemque Taciti, etiam Longolio probatam, sed recentiorem, Ciceronis jam et Quinctiliani temporibus usitatam, ideoque Nostro convenientissimam, quin imo veteribus libris, ut Ed. Spir., confirmatam, tam in verbis simplicibus quam compositis (nam in his et scribendis et pronuntiandis Romanos assimilationis, quae dicitur, studiosissimos fuisse, praeter alios bene nuper docuit Lindemannus in Praefatione *ad selecta e poetis latinis carmina*) sequendam esse duxi, cujus commendationi maxime accessit etiam Schneideri et Grotefendi in Grammaticis latinis, Passovii et Lindemanni auctoritas.

Altera muneris pars versabatur in verbis sententiisque auctoris concisi, proprio atque insolentiore dicendi genere et ad poeticum prope accedente usi, ideoque haud raro obscuri interpretandis explicandisque, rebusque geographicis, historicis et ad antiqui-

tates

tates spectantibus in clariore luce ponendis. Sed quum Kappius, delectu non satis diligenti et probabili e schedis Longolianis facto, multa levia, trita, supervacua vel falsa attulisset, ne lectoribus ea typis repetendo taedium crearetur, aut libri moles citra necessitatem augeretur, haec omnia fere resecanda esse censui. Quae a me additae sunt annotationes, uncinis inclusas a Longolianis sejunxi; in quibus VV. DD. observationes, ipsis, quibus usi sunt verbis, saepius laudatis, ne, his mutatis, etiam in eorum sententiis aliquid mutatum videretur, quotquot non solum Germaniae exemplaria aut latine edita aut in linguam vernaculam conversa, sed etiam libelli animadversionum, variique generis libri, commentationes minores, censurae in Diariis literariis, ut nominem tantum Jenensia *), obtulerunt, si Taciti interpretationem adjuvarent, in usum meum converti. Praeterea nova argumenta pleniora a me conscripta singulis capitibus praefixi, multosque locos scriptorum aut negligenter aut falso laudatos accuratius indicavi. Neque mala latinitas Kappiana, quam a puritate et elegantia minime commendari primum intuenti statim in oculos incurret, intacta erat relinquenda, quam multis locis, quoad ejus fieri poterat, et per meam

*) Cf. Cens. Translatt. Germanicc. Bredov. Tönnies. et Bischoff. 1817. Sept. nr. 167. 168, Cens. Ed. Bredov. II. 1818. Aug. nr. 150. 151. Cens. Ed. Passov. Nov. nr. 205. 206., quorum posteriorum VV. DD. conjecturis, maximam partem jure improbandis, nollem Sprengelius et Schlueterus tantum tribuissent.

meam latini sermonis intelligentiam licebat, emendavi et polivi. Ceterum si in eo, ut, quod ego secutus sum scripturae genus, simplicitate proprioque latini sermonis colore doctioribus non improbetur, haud frustra elaboravero, operae curaeque impensae non poenitebit; simulque, sicubi dormitavero, aequos benevolosque se mihi praebeant judices, oro rogoque.

De consilio, quo Tacitus hunc *de situ, moribus et populis Germaniae* libellum conscripserit, de fide ei tribuenda, et de quaestione inter VV. DD. admodum agitata, num ipse in Germania fuerit (cf. infra cap. 8. not. i), disputare, consulto supersedi post Passovii praeclaram commentationem in Tom. I. Philomath. a Wachlero edit., et Diltheji prooemium Editioni suae praemissum. De virtutibus praestantiaque libelli nostri elegans luculentumque judicium exstat Bouterwek. Hist. poes. et eloq. T. IX. p. 22 sq.

Praeterea ei, qui geographica hujus libelli diligentius examinare pleniusque cognoscere velit, prae omnibus tabulis geographicis Germaniae antiquae, e quibus Bredovii et Sprengelii, majorisque moduli Mannerti et Wilhelmi sua laude non sunt defraudandae, commendamus Fr. Krusii, viri in rebus geographicis indagandis versatissimi ac sagacissimi, quae, passim a modo nominatis discrepans, accurate est delineata eleganterque aeri incisa.

Denique omisso indice auctorum, quorum nuda nomina compendii causa in notis Ed. Longol. I. citan-

tur, nunc pro ratione Editionis secundae inutili, novus index rerum et verborum in notas a me est confectus, quo satis copioso et quaedam in annotationibus omissa continente lectorum commoditatibus, quantum fieri poterat, prospexi. Quae menda typographica, quum taedium plagularum, a prelo madentium, perlustrandarum mihi soli fuisset devorandum, oculorum aciem effugerunt, maximam tamen partem leviora nec sensum admodum turbantia, quaeque ad calcem Editionis, forsitan aliquot etiam praetermissis, indicavi, ut lector benevolus corrigat, valde rogo.

Scribebam Hanoviae d. 21. Aprilis 1824.

Dr. Hess.

C. CORNELII TACITI

DE

SITU MORIBUS ET POPULIS GERMANIAE

LIBELLUS

CAPUT I.

De finibus Germaniae; de Oceano, Rheno et Danubio.

GERMANIA [a]) omnis [b]) a Gallis [c]) Rhaetisque [d]) 1
et

a) *Germania*] Loquitur de Germania *transrhenana*, i. e. ad dextram Rheni ripam sita. [Etiam *magna*, *barbara* dicta. Germania *cisrhenana*, Romanae ditionis, divisa erat in *superiorem* et *inferiorem*, sive *primam* et *secundam*. Vd. Cellar. Notit. orb. antiq. Vol. I. p. 296 et 358. Wilhelm. German. p. 103.]

b) *omnis*] De eo, quod partibus constat et tamen nomen retinet. Caesar de B. G. I, 1. *Gallia omnis*. [Apud Sallust. Jugurth. 13, 1. *omnis Africa* ib. Cort., 92, 5. *omnis natura*, i. e. *tota*, Tac. H. IV, 26. *omnis ripa*, Suet. Aug. 96. *omnis exercitus*. vd. Duker. ad Flor. III, 3, 14.]

c) *Gallis*] Alii [Lipsius et Schbod.] *Galliis*. [De nomine et sedibus Gallorum vd. Rühs. Commentar. in 10. pr. capp. Tac. Germ. p. 63 sq.]

d) *Rhaetisque*] Pro vulgato *Rhaetiisque* [omn. Codd. mult. Edd., *Raetisq.* Broter. Longol., de qua scriptura probata Feae ad Hor. Od. IV, 4, 17. cf. infr. cap. 41. Grotef. Gr. lat. T. II. §. 200]. Romani enim tempore Taciti, infra cap. 41. [Hist. I, 11. II, 98. III, 5. 15.], et Ptolem. II, 12. nonnisi *unam Rhaetiam* noverunt. *Rhaetia*, quae proprie dicitur, hodie *Graubünden* vocatur; sensu autem latiori omnem tractum, qui inter lacum Brigantinum, Danubium, Aenum, Carnos, Venetos et Insubres est, comprehendit. [Rhaetorum nomen, quum antiquitus Alpes incoluissent, fortasse a Gallica voce *Rait*, qua regio montosa designatur, potest verius duci, quam a Rhaeto duce, de quo vd. Plin. H. N. III, 20. Justin. XX, 5. Rhaetia 739. a. Ch. sub Augusto a Tiberio et Druso devicta in provinciae formam redacta est. Vid. Mannert. Geogr. T. III. p. 505 et 528. Ed. II.]

r auszuschneidenden Blätter einzuschalten.

et Pannoniis[e]), Rheno[f]) et Danubio[g]) fluminibus[h]), a Sarmatis[i]) Dacisque[k]) mutuo metu aut montibus sepa-

e) *Pannoniis*] Pannonia comprehendit Austriae, Hungariae atque Moraviae partem, Slavoniam, Bosniam, Croatiam, Carniolam, Stiriam. [A Romanis in *superiorem* et *inferiorem* divisa erat, inter montem Cetium, fl. Savum et Danubium. Vid. Cellar. Vol. I. p. 437 sq., de etymol. nominis Casaubon. ad Suet. Aug. 21.]

f) *Rheno*] [Etymon, ut nomina aliorum fluviorum et rivorum German., velut Adranae, Visurgis, Nicri, Albis etc., nil nisi *flumen* significare videtur (cf. ῥεῖν - rinnen Barth. Hist. Germ. antiquiss. T. I. p. 137.), ob quod mittamus alios a *rein* (puro), vel a *Rain* (termino) ducentes. Vid. Baeumlein. et Ammon. Comment. in Tac. German. p. 15. Nostra aetate Rhaeti pluribus provinciae fluviis hoc nomen indunt cf. Rühs. p. 77.]

g) *Danubio*] [Explicatio vocis quaerenda est in lingua Ossetarum, populi Caucasii, apud quos *Don* significat flumen, maxime fluvios de montibus decurrentes, et reperiuntur amnes *Arra - don*, *Us - don*, *Kare - don*. Qua voce varie scripta varia flumina sunt appellata: Tan, Ton, Don, Danai, Tanais, Danapris, Danaster, Danubius, Düna, Eri - danus, Rho - danus. Conf. Ritter. Pronaos hist. gent. Europ. p. 303 — 304. Rühs. Commentar. in 10. pr. capp. Germ. p. 81. Arndt. de orig. et cognat. ling. Europ. p. 117. Nec assentiar iis, qui contendunt, Danubii nomen e lingua Gallica, in qua *Ub* seu *Ob* flumen notet, esse repetendum, quia tum utrique syllabae in *Dan - ub* eadem vis inesset, vel quibus Danubius i. q. *Bergstrom* vid. Seebod. bibl. crit. 1820. p. 83, vel *Danubius* i. q. flumen superius, *Ister* i. q. fl. inferius, vid. Barth. Hist. Germ. antiquiss. T. II. p. 45. Antiquissimis temporibus *Istri* nomen totum flumen usque a fonte designavit, et a Graecis potissimum usurpatum est; serius, cum Germania inde a Caesaris temporibus Romanorum armis esset patefacta, *Danubii* nomen cognitum, quo a Latinis vocari solebat. Cf. Fr. Krus. de Istri Ostiis p. 21. Mannert. Geogr. T. III. p. 424. Wilhelm. Germ. p. 53.]

h) *fluminibus*] Accuratius scribentes *flumen* de ea aqua intelligunt, quae in amne interior pars, in medio potissimum alveo. Livius XXXVII, 38, 4. [Ab optimis scriptoribus vocabula *amnis*, *fluminis*, *fluvii* promiscue usurpantur, quod etiam in aliis vocc., ut *gentis*, *populi*, *nationis* (cf. not. ad cap. 27.), saepissime factum esse videmus.]

i) *Sarmatis*] Dicuntur quoque *Sauromatae*. Divisa autem erat Sarmatia in Europaeam et Asiaticam. In illa sitae erant regiones a Vistula usque ad Tanain et Wolgam, Polonia, Lithuania, Livonia, Moscovia et

separatur [l]). Cetera Oceanus [m]) ambit [n]) latos sinus [o]) et insularum immensa spatia [p]) complectens, nu- 2

Tataria Crimmea. Vd. Cellarium [Vol. I, p. 395.]

k) *Dacisque*] Sedes Dacorum erant [inter Carpates et Danubium, Tibiscum et Tyram, ita ut partem Hungariae, Transsilvaniam, Moldaviam, Wallachiam et Bessarabiam incolerent, et montibus Bohemicis a Germania sejungerentur.] De expeditione Trajani adversus Dacos vid. Plin. Epist. VIII, 4. [Gier.] et Dio Cassius lib. LXVIII.

l) *mutuo metu aut montibus separatur*] Ptolemaeus, II, 11. III, 5. *Carpaticos* sive Hungaricos montes appellat. Ceterum in his verbis elegans est figura ἀπὸ τοῦ κοινοῦ; cum duobus nominibus datur unum verbum minime utrisque conveniens. Nam *separatur* ad *montibus* quidem referri potest, neutiquam vero ad *mutuo metu*. Hinc sensus est: *mutuus metus facit, ne quis audeat fines transgredi.* Sic infra cap. 7. *cibos* et *hortamina* pugnantibus *gestant*. Cap. 15. 2. *dediti somno ciboque.* Sueton. Caesar. 3. *morte comperta, simul spe*, scil. orta ex comperta. Sallust. Jugurth. 38, 9. [Cort.] Flor. IV, 12, 37. III, 21, 26., ubi Dukerus videndus. Conf. quoque Harles. [et Bardil.] ad Corn. Nep. Alcib. 3, 5. ibique citati. [Metus inter aeque potentes pro termino ac repagulo est, cf. Thuc. III, 11. Caes. B. G. VI, 23.]

m) *Oceanus*] Opponitur mari interno, seu mediterraneo et significat mare *apertum*, *externum*. Hoc loco Tacitus omne illud mare, quod a Rheno usque ad sinum Finnicum pertinet, et vulgo Oceanus Germanicus appellatur, intelligit, qui dividi potest in Oceanum septentrionalem (die Nordsee) et mare Balticum (die Ostsee). [Alii, ut Rühsius p. 69., Oceanum septentrionalem (die Nordsee) intelligi volunt. Mel. III, 3. *Qua septentrionem spectat, Oceanico littore obducta est.*]

n) *ambit*] Circuit, vid. Festum et Non. Marcell. sub h. v. Conf. Plin. Epist. IV, 17, 14. Virgil. Aen. X, 243. [Vell. Pat. II, 101. Tac. Ann. IV, 5. Plin. H. N. XXXVII, 13.]

o) *sinus*] Sinus dicitur omne id, quod curvaturam facit. Serv. ad Virg. Aen. XI, 626. Tacitus h. l. de sinu Finnico et Bothnico loquitur, quos Mela III, 3. 3. sub sinu Codano complectitur. [Passovius Tac. Germ. p. 83. copiose de h. l. disputans *sinus* non de mari accipi vult, sed de terra, cujus recessus partesque interiores etiam sinus vocentur, cum Tacitus cp. 35 et 37. hanc Germaniae oram septentrionem versus ingenti flexu in Oceanum recedentem recte sibi

nuper cognitis quibusdam gentibus [q]) ac regibus,
3 quos bellum [r]) aperuit [s]). Rhenus Rhaeticarum Alpium

finxerit, cumque Oceanus neque se ipsum, neque sui partes complecti dici possit, sed terras, paeninsulas, insulas. Bredovio et Diltheio *lati sinus* sunt ostia Mosae (Ann. II, 6.) Rheni, Amisiae, Visurgis, Albis; Rühsius p. 69. contra Passovium de mari accipit, tum quia Oceanus complecti sinus dici possit, tum quia *latus* melius quadret in sinum maris. Dukero ad Flor. II, 6. 46. Tacitus *sinus* dicere videtur pro promontoriis et paeninsulis in extremum Oceanum septentrionalem procurrentibus. Mannert. T. III. h. l. refert ad oras maris Baltici et populos, quos bellum sub Domitiano aperuisse suspicatur, ad Suionas et Sitones, cf. cp. 44. 45. Nec ego, re accurate perpensa, ullus dubito, quin iis, qui sinus de mari intelligunt, accedam.]

p) *insularum immensa spatia*] Cave Tacitum ignorantiae accuses, cum insulas dixerit, quae insulae non sint. Nam fieri potest, ut non de Suecia et Norwegia, sed de Britannia et Irlandia locutus sit, quas jure *insularum immensa spatia* nominare potuit. [Hae insulae ad oram sitae, olim majores, hodie sunt, velut *Borkum*, *Langeroog*, *Helgoland*, *Nordstrand*, etiam insulae Scandinaviae, quas quod Tacitus ob notitiam septentrionis parum accuratam immensas nuncuparit, facile est excusandus.]

q) *gentibus*] *Gens* latius est, *natio* specialius. Cap. 2, 6. *nationis* nomen, non *gentis* evaluisse. Cap. 38, 1. Non una *gens* — propriis adhuc *nationibus*. [Vd. not. ad cap. 27, 2. De adv. *nuper* vd. not. ad cap. 2.] Nec obstant objectiones auctoris *der Geschichte der Menschheit in Wielandi Teutsch. Mercur* VI. B. 3. St.

r) *bellum*] *Agricolae* expeditiones in Britanniam vide in Taciti Vita Agric. cap. 5. 7. 9. 18. 37. Sed diu ante Agricolam *Caesar* in Britanniam trajecit Sueton. Caes. 35. et imprimis *Drusus* vid. Sueton. Claud. 1. Nimio ergo Tiberii studio Vellej. II, 106. id Tiberio ascribit. Vid. Justi in libro theodisco: *de Romanorum expeditionibus in Germaniam*. [Si Tacitus de certa expeditione cogitavit, neque Agricolae in Britanniam, neque Drusi non ultra Chaucos penetrantis, sed Tiberii intelligenda esse videtur, cujus classis usque ad mare glaciale pervenit, de qua non adulatorie, sed vere Vellej. II, 106. scripsisse egregie docet Ruhnkenius. Add. Plin. H. N. II, 67. Vd. Pass. ad h. l. Perperam Sprengel. interpr. vern. p. 90. gentes bello apertas Burios et Marsignos, De-

pium [t]) inaccesso ac praecipiti vertice ortus [u]), modico flexu in occidentem versus [v]) septentrionali Oceano miscetur [w]). Danubius, molli et clementer

cebali socios (vid. Dio Cass. LXVIII, 8.), fuisse statuit]

s) *aperuit*] Cognitos reddidit, Tacit. Hist. II, 18. IV, 29. — *novam aciem dies aperuit.* [Agric. 22. Liv. III, 15. XXVII, 2.]

t) *Alpium*] *Alp* [ut Apeninus a Gallica voce *Pen*, quae denotat cacumen, cui finitimum voc. *pinnae*,] significat jugum montium quodcunque. Vid. Wachteri et Frischii Glossar, Sattler. in descriptione Duc. Wirtemb. C. I. Hoc loco non de Alpibus Helveticis, sed de iis sermo est, quas hodie *die Graubündner Alpen* nominamus, unde Rhenus tribus fontibus profluit. [De etymol. nominis Alpium vd. Barth. Hist. German. antiquiss. T. II. p. 6. Radlofius de reb. Celtic. p. 287. ab *al* (alto), vel ab *alb* (albo, ob cacumina nive contecta) id duxit. — Caes. B. G. IV, 10. in Alpibus Lepontiorum, Strab. IV, 3, 3. in Adula monte fontes Rheni locat. De fontibus et cursu Rheni cf. Rühsium copiose disserentem p. 71 — 77, qui a Mannerto passim discrepat, et Wilhelm. German. p. 60 sq. Rhenus in agro Batavo in tres amnes dividitur, quorum unus Vahalis, alter Flevum nuncupatur, quique medius inter utrumque, Rheni nomen retinet, et totidem ostiis in mare influit.]

u) *ortus*] Vid. Claudian. de Bello Get. I, 330 sq.

v) *in occidentem versus*] *Versus* [omissum in Ed. Mon.] neutiquam Praepositio est, sed Participium, quidquid opponat Ernestius, nam copula *et* subintelligitur, uti saepissime. [Sedulo cavendum esse, ne Participium *versus* confundamus cum Praepositione, multis locis congestis monuerunt Cort. ad Sall. Cat. 56. Duker. ad Liv. XXXVIII, 61. Interprett. ad Cic. Lael. 25; *in-versus* et *ad-versus* frequenter leguntur, de illo vid. Plin. Ep. X, 82. ibiq. Longol. Cic. Epist. ad Div. IV, 12., de hoc Caes. B. G. VI, 33. Oudend. Parei Lex. crit. p. 1283.]

w) *miscetur*] Nihil certius dictum. Rheni enim aqua cum aqua marina statim conjungitur, secus atque in aliis multis amnibus fit, qui diu sui similes manent, et per longum maris tractum aquam dulcem ferunt, velut Danubius, narrante Solin. Polyh. cap. 13. *Priora quatuor* (ostia) *adeo magna sunt, ut per longitudinem quadraginta millium passuum non misceantur aequori, dulcemque haustum incorrupto detineant sapore.* [Sic Tac. Ann. II, 6. — *donec* (sc. Rhenus) *Oceano misceatur.* Cur Rhenus recte dicatur Oceano misceri, docet etiam Dilthej. ad h. l.]

ter edito x) montis Abnobae y) jugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare z) sex meatibus

x) *molli et clementer edito*] Sic apud Colum. R. R. II, 2, 1. — *collem clementer et molliter assurgentem*, einen sich sanft und unvermerkt erhebenden Hügel. [Sil. Ital. I, 274. *clementer crescente jugo* ibiq. Drakenb., et ad IV, 491.] Ernestius quidem haec pro synonymis habet, ne Tacitum brevitatis auctorem talia refugere putes, ubi exquisita verba in promptu sunt; cave vero credas, si differentiam utriusque noveris. Hoc negligentes infra cap. 6, 6. *galeam* non passi sunt juxta *cassidem*, cap. 7, 5. *familiae* et *propinquitates* visa sunt tautologice scripta iis, qui utriusque vocis sensum germanum nescivere. *Molle* (ubi pes facile moveri potest) secundum Non. Marcell. IV, 301. est id, quod *non arduum, neque erectum est*. Hanc significationem confirmant Colum. R. R. I, 2, 4. — *agri mollissime devexi ac simillimi - campestri positioni*. Virgil. Eclog. 9, 8. — *mollique jugum demittere clivo*. [Caes. B. G. VII, 46. *clivum mollire*. Plin. H. N. XXXVI, 14. *mollis clivus*. Ib. III, 25. *mollis devexitas*]. *Clementer* vero Nostro valde familiare est, et significat, ubi nihil laboris aut molestiae adest, facile ascensu. Annal. XII, 33. XIII, 39. Hist. III, 52. [Apud Nostrum Hist. IV, 23. aliosque scriptores *leniter* eodem sensu usurpatum invenies. v. Caes. B. G. II, 8. 29. VII, 19. Heind. ad Cic. de N. D. II, 57. Ovid. Fast. V, 154.]

y) *Abnobae*] De varia scriptura hujus montis, quem recte *Abnobam* vocant Plin. H. N. IV, 12. Avien. Perieg. v. 437., cf. Ern. [et Oberlin. *Arnobae* Pass. c. Edd. saec. XV, *Arbone* Cod. Tur., *Arbonae* Edd. Spir. Kath., *Arnibae* Cod. Arundell., *Anribae* Bamberg.] Vid. Cluver. Germ. ant. III, 48. Quid vero sibi haec vox velit, nemo facile dixerit. Hoc certum est, Tacitum nomina propria retinuisse, nec mutasse. [Radlof. de reb. Celt. p. 285. *Abn.* i. q. *Wasseraue*, vix recte, vid. Mone Gesch. d. nord. Heidenth. T. II. p. 12. *Abnobae* corr. ab Hermol. Barb. scribendum esse, confirmant et inscriptiones ararum *Dianae Abnobae* 1778 et 1784 in Silva nigra repertarum et nomen vernaculum *Abenauer Gebirge* — cf. Schilteri et Wachteri Glossar., quo Romani omnem Silvam nigram complectuntur. Num a Ptolem. II, 11. Αὔνοβα — Αὐνοβαῖα ὄρη recte in Germania septentrionali locentur, vd. ap. Wilh. p. 33.]

z) *plures — mare*] [Plures populi, quos Danubius adit, ad dextram ripam sunt Vindelici, Norici, Pannonii, Illyrii, Moesi; ad sinistram Hermunduri, Narisci, Marcomani, Quadi, Daci,

tibus [a]) erumpit [b]). septimum enim os [c]) paludibus [d]) hauritur.

Moesi.] *Ponticum mare* est Pontus Euxinus, qui olim ἄξενος, *inhospitalis* dictus, ab Ionibus in εὔξεινος mutatus est. Dionys. Perieg. 300. Strabo VII. p. 457. Ammian. Marcell. XXII, 8. Ovid. Trist. IV, 4. 56. Eustath. ad Dionys. Perieg. Salmas. in Exercit. Plin. T. I. p. 287. Ed. Par.

a) *sex meatibus*] Variant veteres. Alii *quinque ostia* numerant, Herodot. IV, 47. Dionys. Perieg. 301. Eustath. ad v. 298. Claudian. de Bello Getico v. 337., alii *sex*, Plin. Hist. Nat. IV, 12., alii *septem*, Strabo VII, 469. Mela II, 1. 76. Solin. cap. XXII. [Amm. Marc. XXII, 8. Nomina septem ostiorum sunt; 1) Peuce sive ἱερὸν (στόμα), 2) ostium anonymum, 3) ψιλὸν, sive Thiagola, 4) Boreum, 5) Inaracium, 6) Pseudostomum, 7) καλὸν, sive pulchrum ostium. Quinarius numerus ostiorum Istri antiquissimis temporibus verus fuisse et sextum maxime boreale ostium, serius tandem sensim sensimque effictum videtur; septimum ostium poetarum ingenio debemus, nam proprie ostium non est, quod Ptolemaeus usque ad mare non pertinere demonstrat, quodque secundum Tacitum paludibus hauritur. Nomen huic ostio etiam deest. Sed etiam sex illa ostia, quae veteres noverunt, hodie non omnia supersunt. Duo arena sunt repleta, *Pulchrum* et *Pseudostomum*, quatuor insignia habemus: Portizza (sacrum ostium) Georgiewsk (Naracium), Suline (Boreum), Kili Bogaz (Thiagole Psilum). Cf. Fr. Krusii doctam dissert. *de Istri Ostiis* p. 102. P. I. Vratislav. 1820. 8.]

b) *erumpit*] [*Erumpat* Edd. Nor. Vienn. Rhen. aliaeq. apud Passov., contra quem et Diltheium utrumque modum a Tacito passim usurpari multis exemplis probabimus: cum Indic. Ann. II, 28. IV, 72. XIII, 44. German. 37. 45., cum Conjunct. Ann. I, 32. II, 6. 34. Hist. I, 13. V, 21. Germ. 20. 31. 35. 40.] Indicat *impetum* aquae in mare ruentis. Contrarium *haurire*.

c) *enim os*] Saepius *ostium fluminis* significat, uti h. l. [Liv. I, 33. Duk. ad Flor. II, 17. III, 6.] nonnunquam vero etiam de *fonte* fluminis usurpatur. [Virg. Aen. IX, 215. Burm. ad Ovid. Met. XV, 274. — *Enim* omisit Ed. Nor.]

d) *paludibus*] Est aqua stagnans, quae interdum, *lacus* vero, quae nunquam exsiccatur. [Liv. XLIV, 46.]

CAPUT II.

Caput II.

De Germanorum origine, conditoribus eorumque nominibus antiquis et recenti Germaniae vocabulo.

1 Ipsos Germanos [a]) indigenas [b]) crediderim [c]), minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos [d]): quia nec terra olim, sed classibus [e]) advehe-

a) Mira sunt quorundam interpretum somnia de origine Germanorum, quae referre et refutare non est necesse. Cui volupe est, varias eorum opiniones nosse, adeat [scriptores historiae Germanorum maxime recentiores, qui tamen saniora quam a Fabricio Bibl. Antiq. p. 45 sq. laudati protulerunt, Moeserum, Adelungium, Barthium; cf. etiam Rühs. Comment. p. 83 sq. Nuper Jos. de Hammer. in Fr. Krusii Archiv. f. alt. Geogr. II. p. 124. antiquissimam Germanorum patriam in Erman (hodie Transoxana seu Chowaresm) Asiae provincia esse quaerendam contendit, cui sententiae probandae argumentum a Germanicae et Persicae linguae cognatione adjecit in Fundgrub. d. Orients. Fasc. 6. Vd. etiam Dilthej. ad h. l.]

b) *indigenas*] I. e. eodem loco natos Isidor. Orig. IX. et X. Opponuntur *advectis* Tacit. Agric. 11, 1. *advenis* Liv. XXI, 30. 8. A Censorino de Die nat. cap. 4. nominantur quoque *terrigenae* et *autochthones*, a Livio I, 1. 5. *aborigines*. [Sall. Cat. 6. Cort. Germanos, sicut alias gentes Europae, ex Asia immigrasse constat inter omnes. Vd. Arndt. de orig. et cognat. ling. Europ. p. 111. sq. duplicem Germanor. originem, Celticam seu Scythicam et Asiaticam, meo quidem judicio, audacius statuens.]

c) *crediderim*] Perfectum Conjunctivi usurpatur, si auctor modeste [vel dubitanter] sententiam suam dicere vult. Sic saepissime Tacitus [cap. 5. Ann. XVI, 6. 16.] Conf. Sanctii Minerv. I, 13.

d) *minime aliarum gentium — mixtos*] [Quum Germanis neque cum exteris gentibus hospitium ullumve commercium intercederet, neque alienigenae, ut sedes quaererent vel colonias constituerent, immigrassent, quorum connubiis petitis gens ipsorum adulterata fuisset, manserunt sinceri et proprii vd. cap. 4. Contra vd. infr. de Gallorum immigrationibus cap. 28 et 43. Wilhelm. Germ. p. 232.]

e) *nec terra — sed classibus*] Proprie *terra* opponitur *mari*. Hoc ergo loco elegans fi-

vehebantur [f]), qui mutare sedes quaerebant; et immensus ultra, utque sic dixerim, adversus [g]) Oceanus [h]) raris [i]) ab orbe nostro [k]) navibus aditur. Quis porro praeter periculum horridi [l]) et ignoti 2 ma-

gura χιχσμός. [De structura *nec terra — et immensus* vd. Passov. ad h. l. Cic. Off. I, 19. III, 1. Heusing. III, 4. Beier. et ad I, 21. Sallust. Jug. I, 74. Cort. Cic. Fin. I, 16. Görenz. Olivet. Ecl. Cic. p. 128. Ed. II. Hotting.]

f) *advehebantur*] *Vehi* est *de loco ad locum se conferre* sive *equo*, sive *pedibus*, sive *lectica*, sive *curru*, sive *navi etc.* Sueton. Tib. 6. Domit. 19. Tiber. 60. Claud. 28. Ner. 9, 29. Sic mox: *aditur navibus*. [Graeci, Phoenices, Carthaginienses, Phocaeenses etc., qui sedes transmarinas quaesiverant, Nostro obversabantur.]

g) *adversus*] Quidam *aversus* aut *diversus*. Enimvero *adversus* praecipue de fluminibus usurpatur et opponitur *secundo*. Tacit. Hist. II, 98. Virgil. Georg. I, 201. [Pichenae interpretationem unice veram cum Strombeckio, Passovio et Orellio probo, qui in Symbol. crit. et philol. in Tacit. Germ. scribit, Tacitum h. l. hyperbole uti voluisse et *Oceanum adversum* esse e regione nobis in altera orbis dimidia parte situm, Cic. Acad. II, 39. *aversa*. Thiersch. in Act. Phil. Monac. T. III. Fasc. 3. p. 460 sq. amplexus Acidalii conjecturam *aversus* locum ita transponit: » et immensus ultra, utque sic dixerim aversus ab orbe nostro Oceanus raris navibus aditur; « observans, quod ad sensum verborum *aversus ab orbe nostro Oceanus* attineat, notandum, Romanorum scriptores, imprimis poetas, remotissima quaeque ab orbe terrarum, quin ab ipso mundo disjuncta arbitrari diversaque alicui orbi ascribere.]

h) *Oceanus*] H. l. est mare a Gallia Belgica usque ad promontorium Cimbricum Plin. Hist. Nat. II, 69. Cel. Schlözer Hist. Univ. Tom. XXXI. p. 125 sq.

i) *raris*] Enallage adjectivi pro adverbio *raro*. Plin. Ep. X, 97. *rarissimus emtor*. Infra 6, 1. [Ann. II, 37. IV, 33.]

k) *ab orbe nostro*] I. e. a regione urbis Romae et Italiae pauci navibus ista loca adire audent. [*Orbis noster* est imperium Romanum Plin. H. N. XII, 12. *In orbe nostro proxime laudatur Syriacum etc.* Vellej. I, 2. Tac. Agric. 12. Hist. V, 55.]

l) *horridi*] [Propter frigus (Ann. II, 23,) vel quod mare saevum, importuosum (Sall. Jug. 17.), asperum (Liv. XXXVII. 16.) Romanis videbatur, v. Hor. Od. III, 24. 40. Virg. Georg. III, 442. Senec. de Provid. cp. 4. — De Italiae laudibus vd. Virg. Georg. II, 136 sq. Varron. R. R. I, 2. Plin. H. N. XXXVII, 13.]

maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris [m]), asperam [n]) coelo, tristem [o]) cultu aspectuque, nisi si [p]) patria sit?
3 Celebrant carminibus [q]) antiquis, quod unum apud illos

m) *informem terris*] Sic quoque Senec. de Provid. cap. 4. *Germanos maligne solum sterile sustentat.* Enimvero nondum extra omnem dubitationem positum est, Germaniam omnem adeo informem fuisse. Nam si vel maxime concedamus, eas regiones, in quibus Romani incursiones fecerunt, sive steriles fuisse, sive potius ob rationes politicas incultas jacuisse, an inde tuto colligere licet, Germaniam omnem, si non desertam, certe incultam fuisse? Deinde probe notandum est, veteres Germanos non amavisse luxum, eorum igitur terras incultas esse, Romanos luxui deditos, inde falso collegisse mirum non est. [Cf. not. ad cp. 5.] Ceterum in verbis *informem, asperam, tristem,* elegans est asyndeton, quale invenitur apud Livium praef. 10. Si ubique adderetur copula *et,* oratio esset languida.

n) *asperam*] [Ann. II, 24. *truculentia coeli praestat Germania.* Aspero coelo opponitur mite, molle, *mollities coeli* Ann. XII, 66. *Duritia coeli* dicitur XIII, 35. *Iniquitas coeli* Senec. de Provid. cp. 4. *Rigor coeli* de Ira I, 11.]

o) *tristem*] Senec. l. c. *Germanos triste coelum premit.* Est metonymia effectus pro caussa. *Tristis cultu* est ergo *terra,* quam etsi optime colas, et studiosissime ares, tamen nihil proferet, ex quo laetitiam capere possis. Cic. Nat. Deor. II, 40. Idem fere de Thracia Mela II, 2. 4. dicit: *regio nec coelo laeta, nec solo.*

p) *nisi si*] Sic Florus IV, 7. 15. ibique a Dukero citati. [*Sibi* Cod. Hummel. In formula *nisi si* non, ut Oberlinus aliique observarunt, *si* abundare solet, sed modo ambiguitatis et dubii quid verbis adjungit, ut significet *forte* (*etwa — vielleicht*) ut h. l., Ann. VI, 25. XV, 53. Agric. 32. Caes. B. G. I, 31. Oudend. Cic. Catil. II, 4. Liv. VI, 26., saepius tamen pleonastice invenitur, praesertim si sequatur *forte* Cic. Orat. II, 58. Ovid. Heroid. 4. 111. ibiq. Heins. Parei Lex. crit. p. 792. Mantiss. p. 100. Ter. Eun. IV, 3. 20. Colum. IV, 10. Noster cum aliquid revera esse narrat, simplici *nisi* utitur Ann. I, 2. 3. 7. Vd. Walther. observ. in Tacit. p. 10.]

q) *celebrant carminibus*] Virgil. Aen. VIII, 303. [Ann. II, 88. de Arminio carminibus celebrato. Mos erat apud omnes fere barbaras gentes, laudes majorum et virorum fortium canere, quod *Jornandes* de reb. Get. cp. 5.

illos memoriae [r]) et annalium [s]) genus est, Tuistonem [t]) Deum terra editum [u]), et filium Mannum [v]) ori-

narrat de *Gothis: In priscis eorum carminibus paene historico ritu recolitur*, etc. Eginhart. Vit. Carol. Magn. cp. 29. *Barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et facta canebantur, scripsit memoriaeque mandavit.* Cf. Rühs. Comment. p. 112 sq.]

r) *memoriae*] Omne illud quo rei memoria conservatur. Gell. praef. 23. II, 21. 6. IV, 6. 1. V, 5, 1. 9, 3. X, 12, 9. Sueton. Claud. 1. Minuc. Fel. 31, 2.

s) *annalium genus est*] [*Genus sit* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon.] Libri annales sunt *libri Chronicorum*, antiquissimis temporibus oratione vorsa compositi, quia facilius edisci possunt, quam libri prosaici. Hos ut memoriae infigerent Germani, constituti erant *Bardi*, poetae. Caes. de bell. Gall. VI, 14. Strabo IV, p. 302. Lucan. I, 449. Diodor, Sic V, 3. Ammian. Marcell. XV, 9. Festus s. v. *Bardus*. [Hanc de Bardis opinionem fere omnium ore celebratam convellit et labefactavit Rühs. p. 114 sq.]

t) *Tuistonem*] [Edd. Spir. Kath. Put. Rhen. *Tuisconem* Cod. Tur. Edd. Nor. Mon. Vienn. Passov. *Thuistonem* Edd. Bip. Seebod., quam rationem nominis scribendi alii VV. DD. sequuntur. Utrum *Tuistonem*, an *Tuisconem* sit praeferendum, adhuc dubius sum. De Tuistone, a nonnullis cum *Dite Gallorum* Caes. B. G. VI, 18. (Plutone) comparato, qui neutiquam cum *Manno* pro auctore gentis Germanorum haberi potest, cf. Grotefend. in Comment. Societ. German. Francofurt. Fasc. II, 15—17, qui de etymol. nominis docte disserit. Arndt. de orig. et cognat. linguar. Europ. p. 112. *Thuisto* e. i. q. *terrigena*. Vd. Barth. T. I, p. 105 sq. Dilthej. ad h. l.]

u) *Deum terra editum*] Veteres terra editum nominabant, cujus originem nesciebant. Alii huc referunt *Nerthum* cap. 40., quod est nostrum *Erde*. Germani enim existimabant, Deum ex terra, communi nostra matre, genitum esse.

v) *Mannum*] Significat 1) hominem 2) marem 3) virum fortem. Longol. et Ernestii diss. *de Hermunduris* 1793. [Quae vox antiquissima, *hominem* significans, in permultis Asiae et omnibus fere Europae linguis reperitur cf. Grotefend. Comment. soc. Germ. Francofurt. Fasc. II. p. 25. Arndt. de orig. ling. Europ. p. 112. 301. *Menu* Indorum, *Menes* Aegyptiorum, *Minos* Cretensium, *Manes* Lydorum, *Mannus* Germanorum conferri inter se possunt, vd. Buttmann. in Comment. Acad. Berolin. aa. 1820 — 21. Class. hist. philol. p. 205.]

4 originem gentis conditoresque w). Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones x)
5 vocentur. Quidam, ut in licentia vetustatis y), plures

w) *originem — conditoresque*] Livius praef. Sueton. Vespas. 12. ibique Torrentius. [*Origo gentis* i. q. auctor Tac. Ann. IV, 9. *origo gentis* Virg. Aen. XII, 168. *Sunt hujus origo Ilus et Assaracus* Ovid. Met. XI, 755. *Condere gentem* illustr. Drakenb. ad Sil. Ital. I, 28.] Frustra vero quidam *conditoremque*, nam vox *originem* collective posita, egregie cum plurali *conditoresque* conjungitur.

x) *Ingaevones, Herminones, Istaevones*] [*Herminones* habent Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeque vetustae, quod cum Passovio restituimus pro lect. omnium fere recc. *Hermiones*. Mela III, 3. *Hermones* vocat. Plin. H. N. IV, 14. scripsit. „Germanorum genera quinque: *Vindili*, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Alterum genus *Ingaevones*, quorum pars Cimbri, Teutones ac Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno *Istaevones*, quorum pars Cimbri mediterranei. *Hermiones*, quorum Suevi, Hermunduri, Chatti, Cherusci. Quinta pars *Peucini*, *Bastarnae*, supra dictis contermini Dacis.“ Cf. Mannert, Geogr. T. III, p. 142 sq. bene de hac divisione Germaniae e sedibus populorum desumta disserentem et Wilhelm. Germ. p. 82 sq. Mone Gesch. d. nord. Heidenth. T. II. p. 5. suspicatur filios Manni vocatos esse Inga, Hermin, Ista, indeque oriundos Ingaevones (ad oram maritimam incolentes, Küstenleute), Herminones (in media Germania), et Istaevones (Südvölker), qui postea Saxones, Franci et Suevi sint nuncupati. Pag. 278. idem scripsit fabulam de Tuiscone et Manno ad originem mundi esse referendam. — De locutione *ex aliquo vocare, nominare* etc. vd. Justin. XV, 48. Cic. Lael. 8. Sallust. Jug. 78. Cort.]

y) *quidam, ut in licentia vetustatis*] [*Quidam autem licentia vetustatis* Cod. Tur. et Edd. vett. et recc. fere omnes. Equidem lect. priorem Codd. Vat. duor. et Ed. Nor. ideo praefero, quod *ut* a Latinis saepissime usurpatur pariter atque a Graecis ὡς (vd. Schaef. ad Long. Pastor. p. 428.), ut subintellecto *fieri solet — ut exspectes ab* etc. — *quantum licet — ratione habita* — sententia coarctetur et circumscribatur. Vd. Plin. Epist. III, 3. Cic. de Sen. 4. Cor. Nep. Epam. 5. Liv. XXXII, 33. Gron. Cic. Ep. ad Div. XII, 2. Tac. Germ. 30. Flor. I, 26. 6., III, 17. 9., IV, 12. 45. Quam ob causam nostrum locum ita explico: Quidam, ut exspectes (fieri solet) ab iis, qui in rebus vetustis pro ar-

res Deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marsos [z]), Gambrivios [a]), Suevos [b]), Vandalios [c]) affirmant [d]): eaque vera et antiqua nomina. Ceterum 6
Ger-

bitrio fingunt et ficta pro veris venditant, etc. Altera lectio *licentia vetustatis* ita videtur interpretanda: Quidam pro arbitrio (quae est eorum licentia) in rebus antiquis fingendi etc., vel cum Longolio: Quia tempora, quibus haec accidisse dicuntur, nimis a nostris remota sunt, impunem habent fingendi potestatem, et nemo eos refutare potest. Conf. Livii praef. 5. 6. 7.]

z) *Marsos*] Marsch [gallic. marais, anglic. marsh] est terra depressa et uliginosa, unde illius cultores *Marsi*, vid. Wachterum aliosque. *Marsigni* infra cap. 43, 1. sunt posteri eorum populorum, qui *Marsi*, *Marschländer* vocantur. Habemus adhuc et *Dithmarsen* [*Stormarsen*], i. e. Germani, in terra uliginosa et humida habitantes.

a) *Gambrivios*] Ex *gam* et *brig*. Illud *virum*, hoc *pontem* significat, *Gambrivii* ergo sunt *homines*, *apud pontes degentes*. Ita Wachterus. Longolius tamen malit a *bruch*, loco palustri, ducere, ut significet terram, paludibus ab aliis regionibus discretam, uti *Osnabrük*. Secundum Leibnitium [et Dilthejum] iidem sunt qui *Cimbri*. [Cf. Ammon. et Baeuml. Comment. p.26. Wilhelmo Germ. p. 136. Chamavi infr. cp. 33, Gambrivii et Γαμαβριύιοι Strab. VII, 1. 3. iidem esse videntur.]

b) *Suevos*] Infra c. 38. [*Suenos* Ed. Spir.]

c) *Vandalios*] [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath., quod recc. fere omnes ex auctoritate Harduin. ad Plin. H. N. IV, 14. (ubi *Vindili* et *Vandili* in Codd.) recepisse Passovi monet, qui *Vandalos* e Cod. Arund. Edd. Put. Mon. Vienn. scripsit, ut Eutropius, Vopiscus, Orosius, *Vandilios* Ed. Nor. *Wandali* Jornand., Βάνδιλοι Zosim. Mannerto T. III. p. 345 sq. Plinius et Tacitus de Vandalis nonnisi fando audivisse nullamque accuratam notitiam habuisse videntur, quorum sedes in Lusatiam et partem septentrionalem montis Asciburgii (Riesengebirge) transfert; apud Dion. Cass. LV, 1. Albis oritur e montibus Vandalicis. Posteriore aetate, sedibus relictis, cum Romanis Imperatoribus, Aureliano et Probo bella gesserunt, cum Alanis in Galliam irruperunt 406. p. Ch., deinde in Hispaniam, e qua, bellis diuturnis a Gothis vexati, in Africam trajecerunt. Regnum ibi conditum 439. sub Geiserico maxime floruit, donec a. 534. a Justiniano Imp. simulque cum eo nomen Vandalicum est deletum.]

d) *affirmant*] I. e. fidem dicendo

Germaniae [e]) vocabulum recens, et nuper [f]) additum [g]); quoniam qui primi Rhenum transgressi Gal-

firmant Cic. Ep. ad Attic. VIII, 8. ab init. Offic. III, 29.

e) *Germaniae*] [Viri docti in indaganda hujus voc. origine, quam alii ad Celticam, alii ad Germanicam linguam referunt, mirum in modum se torserunt, sed frustra; quare longum est varias, vel tantum memoratu digniores sententias enumerare, cum res adeo lubrica et antiquitatis tenebris obvoluta ad liquidum nunquam possit perduci. Cf. Rühs. p. 96 sq. Tralaticia et multis probata derivatio est a *Wehr* (*guerre* gall., *guerra* ital., *war* angl.), vel a *Ger* (hasta) et *man*, ut Germani sint bellatores (Kriegsmannen), vel viri hastati (Speermannen), vel viri foedere juncti ad bellum inferendum et propulsandum (Wehrmannen) vd. Schlegel praelect. de hist. recent. p. 62 sq. *Ehrenmann* — *Heermann* expl. Arndt. de orig. et cognat. ling. Europ. p. 114. 305. Hammerus l. l. *Erman*, unde Germanus, e ling. Persic. et Germ. prisca interpretatur hospes. — Varias de origine nominis opiniones collegere Barth. T. I. p. 132. Radlof. de Orthogr. Germ. ling. p. 289 — 338., de reb. Celtic. p. 243 sq. Monius T. II, p 9. Germanorum nomen e lingua Celtica esse ducendum censet.]

f) *recens et nuper*] Haec verba nonnullos VV. DD. offenderunt propter inscriptionem in *Fastis Capitol.* ad A. V. C. 531. apud Gruterum Tom. I, pag. 297., in qua Marcellus de Gallis et *Germanis* triumphasse scribitur. [Enimvero pro *Germanis*, quam lectionem omnes Edd., etiam Sigon. Comment. in Fast. et Triumph. Roman. Venet. 1556, exhibent, multis legendum videtur *Cenomanis* (vd. Rühs. p. 93.), qui sunt populus Galliae inter fl. Clusium et Addam. Inde a Caesaris temporibus Romani patriae nostrae nomen Germaniae tribuisse videntur.] Vocem *recens* explicat Cic. Ep. ad Div. XI, 21, 4. Plautus Captiv. Act. III. Scen. 5. 60. utrumque conjungit. [*Recens* et *nuper* a Latinis saepissime ut synonyma usurpantur; *nuper* etiam spatium temporis longius designat. Duker. ad Flor. I, 11. Cic. Nat. D. II, 50. *Quid ea, quae nuper, i. e. paucis ante seculis, medicorum ingeniis reperta sunt?*]

g) *additum*] Gronovius explicat datum, inditum, impositum. [*Nomen addere* Ovid. Met. V, 524. IX, 157. Virg. A. I, 267. Cens. in Ephem. lit. Hal. Febr. 1822. p. 239. *nuper additum* non de Germania omni, i. e. transrhenana, sed de ea parte Galliae intelligi vult, quam populi Germani, ut Eburones, Condrusi, Tungri (vd. not.) Rhenum transgressi, aliique, quamvis non Germanicae originis, tamen circa

Gallos expulerint h), ac nunc i) Tungri k), tunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a se ipsis invento nomine, Germani vocarentur l). 7

CAPUT III.

ejus affectationem ambitiosi incolerent, qui hoc nomine appellari gauderent. Quam ob causam Rheni ripam laevam sub Augusto in Germaniam superiorem et inferiorem fuisse divisam, quam etiam *Gallia Belgica* complecteretur. Locum ita explicat: Ceterum (i. e. si discesseris a Germania propria, transrhenana) nomen Germaniae recens et nuper (Galliae parti) additum. Quae interpretatio vereor ut cuiquam probetur. *Ceterum* potius referendum ad plures gentis appellationes, Marsos, Gambrivios etc.]

h) *expulerint*] Excusandus est scriptor, si a veritate aberraverit; nam hoc pro vero non habet, ideoque Conjunctivo utitur. Interpr. *Mögen ausgestoſsen, vertrieben haben.* [Egregie fallitur Longolius: sic scripsit Tacitus ob orationem obliquam, quae pendet a verbis *quidam - affirmant.*]

i) *ac nunc — tunc*] [Cod. Tur. Bamb. Edd. Spir. Kath. Pichen. Passov., *tunc — nunc*. Rhen. Longol. etc., *ac tunc — nunc* Norimb., *ac, nunc — tunc*. Bip. Oberl.]

k) *Tungri*] [Suppl. *vocentur*. cp. 36. »Ita qui olim boni aequique Cherusci, nunc inertes et stulti vocantur.« Alia Syllepseos exempla dabit Cort. ad Sall. Catil. 3. Tungrorum Tacito saepius memoratorum (Hist. II, 14. IV, 55. 65.), qui *Eburones* antea dicti a Caesare fere deleti et, (B. G. II, 4. IV, 6. VI, 34.) quotquot eorum superstites fuerant, in nomen Tungrorum concessisse videntur, sedes erant, ubi hodie *Leodium*, *Namurcum*, *Limpurgum*. Laudantur Tungri urbs (hod. Tongern) et fons Tungrorum (hodie Spaa) Plin. H. N. XXXI, 2. Tungrorum nomen a Zwinger (Twingera) i. e. Sieger ducere vult Monius T. II. p. 9.]

l) *ita nationis nomen — vocarentur*] [De hoc loco, qui in toto libello omnium fere vexatissimus est, recte dilucideque explicando mira adhuc inter VV. DD. est dissensio, quorum alii conjecturis, saepius temere in medium prolatis, alii verbis textus varie interpretandis Tacito lucem afferre sunt conati. Nulla lectionis varietas in Codd. exstat, nisi quod in Cod. Arundell. *modo et a se ipsis*, ut in Ed. Vienn., et Bamberg. omisit *Germani*. Quam in textum Codd. auctoritate firmatam lectionem Longolius admisit, ejus infra patrocinium suscipiam, si prius quae aut a viris ingenii acumine doctrinaque

Caput III.

De Germanorum Hercule, cantu proeliari, Ulixe in Germaniae terras delato, Asciburgio ab eo condito, et monumentis graece inscriptis.

1 Fuisse apud eos et Herculem [a]) memorant. primum-

insignioribus, aut nuper admodum (ne omnium conjecturarum recensus lectoribus taedium creet) sunt conjecta, breviter perlustravero, ut, num verba tentando, an sensu ex immutatis eruendo melius scriptori consulatur, a judicibus idoneis probe possit dijudicari. Agmen ducat Acidalius, cujus conjectura *in gentis nomen* pro *non gentis nomen* cupide arrepta a Bip. Pro *victore* Leibnitius conj. *victo*, alii *victis* a Sprengelio inconsultius receptum, *victores a victis* Cluverius, *a victrice* sc. natione Gronov. not. ad h. l., *victo*, *re ob metum* Moebius in Günther. et Wachsmuth. Athen. Fasc. I., p. 160, *vicino ore* (ob Celticam originem nominis Germ.) Cens. in Eph. lit. Jen. 1818. Nov., *fictore* Huschkius in Seebod. bibl. crit. 1821. p. 409 sq., *e victore* alius ib.; pro *a se ipsis* Lipsius *a re ipsa*, *apud ipsos* (i. e. in patria) Güntherus in Eph. lit. Hal. 1821. Nov. Nr. 276; pro *invento* Wilkenius *invecto* in Ann. lit. Heidelb. 1808. P. I. p. 75. sect. philol.; alii distinguunt: *mox a se ipsis invento nomine Germani vocarentur*, ut Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. et Passov., alii ante et post *invento nomine*, alii, ut K[illegible]olius, Hartmannus et Grotef[illegible]us post *nomine* incidunt. Censor in Eph. lit. Jen. 1818. Aug. totum locum sic constituit: *Ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paullatim, ut primum victores a Gallis ob metum, mox omnes a se ipsis, invento nomine Germani, vocarentur.* Quin etiam nimis audacter locum in hunc modum distinxit et resecuit Demarées. in Seebod. bibl. crit. 1822. p. 185 sq.: *Ita nationis nomen evaluisse paullatim, ut omnes, primum a victore ob metum invento nomine, Germani vocarentur.* Copiosa disputatione Hartmann. P. III. p. 5 sq., qui *in gentis* legit, et verba *a victore* ejici vult, interpretationem loci difficillimi faciliorem reddi affirmare non ausim. Jam quum nulla harum emendationum mihi faciat satis, vel necessaria videatur, prius quam ad varias vulgatae interpretationes progredior, singula verba diligentius illustrabo. *Ita*, quod multis e. i. q. *sic*, cum Demaréesio Grotefend. in Seeb. bibl. crit. 1822. p. 361. recte interpretatur *adeo* — *tant-*

mumque omnium virorum fortium, ituri in proelia

opere. *Evalescere* i. q. in consuetudinem abire — vulgari, Quinct. VIII, 6, 33. IX, 3, 13. (eadem signif. *invalescre* ib. X, 2, 3. Sueton. de illust. Gramm. 4.); Longol. sic interpretatur; ita valuisse, ut prae reliquis nominibus Germanorum eligeretur. Praeposit. *a* nonnulli, ut Grotef., per ὑπό — *von*, Walch. et Passov. priori loco (quo sensu jam Lipsius eam acceperat) per *secundum* exprimunt, quorum hic etiam comparat Graecorum καλεῖσθαι ἀπό τινος vid. Lexic. s. ἀπό, cujus constructionis apud Latinos exempla offerunt Vellej. I, 1. Cic. de Off. III, 33, c. not. Beieri, qui, locutionem *invenire nomen ab aliqua re* ad III, 31. T. II. p. 319. explicans nomen trahere ab aliqua re, egregiam nostri loci interpretationem in Adelung. Lexic. Germ. p. 1472. commendat. *Victor* non est intelligendus cum Longol. aliisque populus Romanus, sed Tungri. *Ob metum*, quod voc. active et passive usurpatur v. Quinct. VI, 2, 21. Gell. IX, 12. Reitz. de Ambig. p. 238., neque cum Strombeck. *per metum*, neque cum Passovio *propter metum*, sed *ad metum injiciendum*, ut Broter., it. Petiscus in Seebod. bibl. cr. 1822 p. 186. explicuerunt, esse interpretandum, bene probavit etiam Grotef, l. l., ideoque nomen Germanorum e vernacula, non e Celtica lingua esse repetendum. *Mox* i. q. postea, deinde Flor. III, 10. *primum — mox* III, 19. Duk. Tac. Ann. II, 39. Hist. I, 3. 64. 74. Liv. XXVIII, 25. *Invenire* non est *vorfinden*, *finden*, sed *erfinden*. — Walchius Emend. Liv. p. 79. hanc explicationem Passov. probatam proposuit: »Ita unius populi nomen, non autem gentis universae nomen paullatim hominum usu vim obtinuisse; ita ut Germaniae incolae primum secundum victores Tungros ab iis, qui sibi metuebant ab illis, mox a semetipsis invento nomine Germani appellarentur.« Superest, ut adjecta Petisci, quae a Broterio jamdudum praerepta est, interpretatione, quae utpote facillima totiusque loci sensui convenientissima, nec Wilh. Germ. p. 19. improbata, Grotef. mihique perplacuit, disputationi nimium jam copiosae finem imponam: »Tungri, primi Rhenum transgressi, nomen Germanorum (quod ipsi sibi ut viris bellandi cupidis — *Kriegsmännern* — dederant) omnibus gentilibus (*Stammgenossen* — ad dextram Rheni ripam colentibus) ad metum Gallis injiciendum imposuerunt: quae appellatio postea, jam inventa, ab omnibus nationibus pro nomine gentis recepta evaluit.« Broterii T. VI. p. 183., quem a nullo editorum inspectum miror, interpretatio haec est: »Primo nomen hoc fuit nationis victricis Cisrhenanae, non vero totius gentis Transrhenanae: sed paullatim evaluit; et Transrhenani omnes nomen, quod victor ob metum incutiendum repererat, ipsi usurpavere, reputantes, idem nominis

2 lia b), canunt. Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem Baritum c) vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam d) ipso cantu augurantur e): terrent enim trepidantve, prout sonuit acies

ob bellicae gloriae claritudinem sibi deberi.«]

a) *Herculem*] Notandum est, Romanos sive ex ignorantia linguae, sive ex similitudine cum Diis Romanorum Germanis plures Deos affinxisse, id quod ipse Noster cap. 43. haud diffitetur. Certe quod ad *Herculem* [etiam cap. 9. memoratum] attinet, Tacitus cap. 34. haud obscure prodit, Romanos omnia illustria facta Herculi tribuisse. Hinc facile fieri potuit, ut quae de magno quodam Germanorum heroë audierat, Herculi cuidam ascriberet. Nam a Cic. N. D. III, 16. sex Hercules et a Varrone quadraginta quatuor numerantur. [*Memorant* sc. Romani.]

b) *proelia*] Conf. cap. 30, 7. [Mos erat multarum gentium, priusquam pugnam committerent, praecinere vel clamorem tollere, ad animos accendendos hostesque terrendos, ut Germanorum Tac. Hist. II, 22. IV, 18. (etiam postera aetate v Rühs. p. 145), Hispanorum Sil. Ital. X, 230. Drakenb., Britannor. Tac. Agric. 33, Lusitanorum Diod. Sic. V, 34, Thracum Tac. Ann. IV, 47., Gallorum Liv. XXXVIII, 17.— *ad hoc cantus inchoantium proelium, et ululatus et tripudia, et quatientium scuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem.* Adde XXI, 28. init.]

c) *relatu — Baritum*] [*Barditum* Codd. Farnes. Arund. (hic ap. Ern., at *Blandicum* exhibuit P. Burm. Sec vid. Passov. Praef. p. VIII.) Edd. Nor. Passov. Seebod.; *Barritus* scribitur ab Amm. Marcell. XVI, 12. XXVI, 7. XXXI, 7. Veget. III, 18. Praefero c. Lips. et Passov. in not. *Baritum* ob Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliasq. vett. et ob etymologiam. *Bar* est clamor, cantus, *baren* clamare cf. Rühs. p. 144. Alii ob *Bardos* (vd. cap. 2. not. s.) praeferunt *Barditum*. Perperam ducitur vox a *bar* (clamore) et *diet* (populo), quum *itus* sit latinus exitus. Neque cum Barth. T. II. p. 470., qui in ducenda voce mecum consentit, dixerim, perinde esse, *Barritus*, an *Barditus* scribatur. *Relatus* sive cantus ipse vocatur *cantus trux* Tac. Hist. II, 22.]

d) *fortunam*] *Fortuna* est eventus, exitus, cujus causam non perspicio. Est vox media. Cic. de Div. II, 6. [Justin. I, 7. —*fortuna prioris proelii perculsum exercitum.*—Tac. Ann. I, 31. *Sed quibus Silius moderabatur, mente antiqua fortunam seditionis alienae speculabantur.* Hist. II, 23.]

e) *ipso cantu augurantur*] [Liv. IV, 37. *Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset. Excitatior crebriorque ab hostibus sublatus, ab Roma-*

acies [f]); nec tam voces illae, quam virtutis concentus videntur [g]). Affectatur praecipue asperitas 3
soni et fractum [h]) murmur, objectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescat.
Ceterum et Ulixem [i]) quidam opinantur [k]), longo 4
illo

nis, dissonus, impar, segnis, saepe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum. Plut. Crass. cp. 27. Τοιαῦτα λέγων καὶ παραθαρσύνων ὁ Κράσσος οὐ πολλοὺς ἑώρα προθύμως ὑπακούοντας, ἀλλὰ καὶ συναλαλάξαι κελεύσας ἤλεγξε τοῦ στρατοῦ τὴν κατήφειαν, ὡς ἀσθενῆ καὶ ὀλίγην καὶ ἀνώμαλον κραυγὴν ἐποιήσατο, ἡ δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων λαμπρὰ καὶ θρασεῖα κατεῖχε.]

f) *prout sonuit acies*] [Passov. c. Ald. distinxit *prout sonuit, acies*, quod displicet] *Acies* secundum Veget. III, 14. dicitur *exercitus instructus.* Conf. loc. parall. apud Tacit. Hist. IV, 18. *Ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies, nequaquam par a legionibus cohortibusque redditus clamor.* Nam teste Caesare de B. G. VII, 84. *multum ad terrendos nostros valuit clamor.* [B. C. III, 92. *Hanc* (sc. alacritatem) *non reprimere, sed augere Imperatores debent, neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent clamoremque universi tollerent: quibus rebus et hostes terreri et suos incitari existimaverunt.* Gell. N. A. I, 11.]

g) *nec tam voces illae, quam virtutis concentus videntur*] [Haec Codd. lectio, quae bene defenditur jam ab Hartmann. Observ. in Tacit. Germ. P. I. p. 8., a Rhenano in *vocis ille — videtur* citra necessitatem mutata probatur multis editoribus et interpretibus vernaculis, ut Schluetero. — Codd. Arund. Bamb. *mentis conc.*] Non vanus clamor erat, sed adhortatio et ardens cupiditas caedendi hostis, virtutemque suam ostendendi. Ammian. Marcell. XXXI, 7.

h) *fractum*] H. l. *fractum murmur* est *interruptum.* Veteres enim Germani clamorem edentes scutum ante os tenebant, et sic asperitatem soni et vocis truculentiam augebant. vid. Cannegieter ad Avieni fab. 17. 13. *Ille gemens fractoque loqui vix murmure coepit.* [Virg. Georg. IV, 72. — *et vox Auditur fractos sonitus imitata tubarum*, de clangore rauco tubarum; Tac. Ann. XIV, 20. — *si fractos sonos et dulcedinem vocum perite audissent*, de mollibus sonis; de voce effeminata mollique Plin. Epist. II, 14. Quinctil. I, 11. 7.]

i) *Ulixem*] Ulixes, rex Ithacae, sine dubio in Germaniam non venit. Quis enim credat,

illo et fabuloso errore [l]) in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniae terras, Asciburgiumque [m]), quod

istis temporibus, quibus nautae vix litora legere audebant, hominem graecum, mare internum, Atlanticum, Aquitanicum et Germanicum praeternavigasse, ut in Seelandiam et quidem *Vlissingam* perveniret? *Ulixes* Germanorum eodem referri debet, quo *Hercules* et *Laertes*, in numerum nempe fabularum. Veri tamen simile est, Tacitum aliquid audivisse, quod ipsi ansam fingendi Ulixis dederit. [Ulixis adventum fabulosum in Hispaniam tradit Strab. Geogr. III. p. 141. Ed. Basil. Οὐ γὰρ μόνον οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν τόποι καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων σημεῖα ὑπογράφουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται etc. Solin. Polyhist. cap. 22. — *in quo recessu Ulixem Calidoniae appulsum manifestat ara Graecis literis scripta Votum.* Cap. 23. *Ibi* (in Lusitania) *oppidum Olisipone Ulixi conditum.*] Itaque Dreyerus in *notitia libr. MSC. hist. Cimbricae* existimat, *Ulixem* fuisse *Othinum*. Ramus *de Ulisse et Othino* Hafn. 1701. [Mon. T. II. p. 10.]

k) *opinantur*] I. e. ex probabilibus, sed non certis argumentis conjiciunt. Terent. Andr. II, 2, 30. ibique Donatus.

l) *errore*] Itinere sine justo ordine, cum via recta incedere vel nolo vel nequeo. [Virg. Aen. I, 755. VI, 332. *Adiisse* Edd. Mon. Bip.]

m) *Asciburgiumque — hodie*] [*Ascip.* Ed. Vienn. *Astib.* Paris. *Hodie* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Pass., *hodieque* Edd. Nor. Vienn. Longol. multaeque recentt. De voc. *hodieque*, quod scriptoribus argenteae aetatis in usu esse coepit, vd. Schulz. ad Tac. dial. de corr. eloq. 34. Nolten. Lex. antib. T. I. p. 993. ibiq. laudatos.] Reperitur etiam Histor. IV, 33, 2. Nomen e lingua Germanica petendum est, in qua *Burg* i. q. urbs, oppidum. *As* secundum Wachterum significat *Deum*, inde *Asenburg* esset *Gottesstadt*. [Göttlingius de carm. Nibelung. p. 31. suspicatur Romanos Ulixem cum Othino confudisse et Asciburgium esse eandem urbem quam *Asgard* ab Othino conditam. Cui equidem non facile assentiar. Monius T. II. p. 10 et 122. interpretatur *Eschenburg* (Asgard).] *Asche* significat quoque *aquam*, sic ergo *Ascheburg* esset nostrum *Wasserburg* conf. eundem Wachterum. Zschakwitz. *Asche* explicat *sanctum*, et *Ascheburg*, *heilige Burg*. Secundum Eccardum ad *leg. Salic.* p. 50. *Asc* — *Asche* significat *navem*, et *Asciburgium Schiffburg* arcem, ad quam naves ambulant, [quod Rühsio placet.] Oppidum *Asch* nomen debet *rivo* ejusdem nominis. In

quod in ripa Rheni situm hodie incolitur, ab illo constitutum nominatumque n), ... aram o) quin etiam Ulixi p) consecratam, adjecto Laërtae patris nomine, eodem loco olim repertam, monumentaque et tumulos q) quosdam Graecis literis r) inscriptos, in con-

principatu *Mörs* est hodieque *Asburg*; cujus situs cum *Asciburgio* magis congruit, quam *Aschaffenburg*, aut *Askeberg* in Ducatu Bremensi. Ex hactenus dictis abunde patet, *Asciburgium* nomen suum Ulixi neutiquam debere. [I. H. M. Ernestius in *Essenberg* quaerit, vico inter Vetera (sc. castra) — *Xanten*, et Novesium — *Neuss*. Recte cum eo facit Krus. Archiv f. alte Geogr., qui etiam Fasc. II. p. 33. alterum statuit Asciburgium in Germania Magna trans Rhenum, hodie *Doesburg*, fortasse etiam tertium fuisse non addubitat ibid. p. 40 sq. Barth. T. II. p. 145. fluctuat inter Asburg et Essenberg. Wilhelm. German. p. 114. *Calon* in Itiner. Anton. (hodie Kahlenhausen) non procul a Veteribus esse suspicatur.]

n) *nominatumque*] [Lacunae signum c. Edd. Spir., in qua octodecim fere literarum est lacuna, Kath. Put. et Pass. posui, quod quidem deest in Cod. Turic. et multis Edd., cum Cod. Arund. corruptum vocab. ἀστυτεάγιον adjiciat, ab Rhenano in ἀστυπύργιον, a Lips. in ἀσκιπύργιον mutatum et a Broter. receptum, Norimb. *Acriniprion.*]

o) *aram*] Portatilem, ansas habentem, Macrob. Sat. III, 2. Periz. ad Sanct. IV, 15, 3.

p) *Ulixi*] Est casus tertius, passive positus, *in honorem Ulixis* exstructa. [Sic Perizon. ad Sanct. Minerv. III, 4. interpretatur, quocum facit Dilthej. Rectius Ernestius et Passovius *Ulixi* expl. *ab Ulixe;* Tacitus, poetas sectatus vd. Jani Poet. p. 129, delectatur Passivis cum Dativo, de qua structura v. Reitz. de Ambig. p. 142 sq. Olivet. Ecl. Cicer. p. 78. Ed. II. Seyffert. Gr. lat. §. 270., pro Ablativo et Praepos. *a* more Graecorum (Matth. Gr. Gr. §. 400.) construendis, vd. infr. cp. 16. 34. Ann. II, 50. ibiq. Lips. XI, 29. XII, 1. XIII, 20. XV, 41. Vd. Suet. Aug. I. *ara Octavio consecrata* c. not. Wolf.]

q) *monumentaque et tumulos*] [*Monimentaque* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath., Nor., quam scripturam temere praefert Scheller. in Lex. majori. De orthogr. vd. Cellar. Orth. T. I. p. 291. Placet quaedam ex not. Pichenae transscribere de his vocc. et de voc. *sepulcrum* (vd. cap. 27): Sepulcra antiquorum in tumuli, h. e. monticuli formam facta erant; unde sepulcrum ipsum, ubi corpus ossave hominis condebantur, dicebatur tumulus, qui deinde circumdabatur sepimento quodam

confinio Germaniae Rhaetiaeque adhuc exstare. Quae neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est [r]): ex ingenio suo quisque demat vel addat [s]) fidem.

Caput IV.

aut lapide, aut cespite, aut marmore, idque (a *monendo*) erat monumentum, Virg. Culic. 392 sq. Varro L. L. V, 6. *Monumenta sepulcrorum* in Cic. Tusc. Disp. I, 14. *Tumulus* et *monumentum* etiam inter se permutantur infra cap. 27.]

r) *Graecis literis*] Ex cap. 19, 2. nonnulli conjiciunt, veteres Germanos literarum rudes et ἀναλφαβήτȣς fuisse. Alii vero ex nostro loco probatum eunt, eos linguam Graecam calluisse. Utrique errant. Nam quemadmodum non sequitur, ut Galli *Graece sciverint*, licet *Graecis literis usi* fuerint Caes. de B. G. VI, 14. et in castris Helvetiorum tabulae repertae sint *literis Graecis* confectae Caes. B. G. I, 29, cum contrarium ex Caes. V, 48. et imprimis ex I, 19. eluceat: (ibi enim Divitiacus, unus e Druidis Gallorum Cicer. de Divin. I, 41., interprete opus habuit, ut cum Caesare colloqueretur Davis. ad Caes. VI, 14.); sic etiam nondum extra omnem dubitationem positum est, Germanos, quibus eadem origo cum Gallis est Tacit. cap. 2. 28. (etsi apud eos tumuli, literis Graecis inscripti exstare dicuntur eorumque lingua cum Graeca multum convenit, vd. Reitzii *Belga graecissans*), linguam Graecam calluisse. Ex nostro ergo Taciti loco nihil aliud probari potest, quam quosdam *literas Celticas* in tumulis conspicuas [in finibus Germaniae in meridiem spectantibus] ob similitudinem *pro Graecis* habuisse et ita seductos fabulam de Graecis inscriptionibus et Ulixe in Germania finxisse. [W. C. Grimmius de *runis Germanicis* Gotting. 1821. p. 33. *literas Graecas* intelligit de *runis*, quales monumentis sepulcralibus inscriptae in septentrionalibus partibus Germaniae reperiuntur, cum primum intuenti runae et literae Gothicae ad similitudinem quandam Graecarum accedere viderentur. Monius etiam T. II. p. 10. literas Graecas de runis accipit. Bredovius Gallos a Massiliensibus literarum usum antea ipsis incognitum accepisse suspicatur. Vd. Strab. IV. p. 179. Justin. XLIII, 4.]

s) *confirmare — est*] [Pressit hic, ut alibi, Tacitus Livii vestigia: Praefat. — *ea nec affirmare, nec refellere, in animo est.* V, 21. *Haec ad ostentationem scenae gaudentis miraculis aptiora, quam ad fidem, neque affirmare, neque refellere operae pretium est.* — Gronov. annotat, librum scriptum Pirkheimeri *af-*

CAPUT IV.

De Germanorum proprietate generis et qualitate corporum.

Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos nullis aliis aliarum [a]) nationum connubiis infectos [b]), propriam [c]) et sinceram [d]) et tantum sui simi- 1

firmare exhibere, quod placuit Ernestio.]

t) *demat — addat*] [*Demere fidem* Hist. II, 50., qui locus apprime huc facit: *Ut conquirere fabulosa, et fictis oblectare legentium animos procul gravitate coepti operis crediderim: ita vulgatis traditisque fidem demere non ausim.* Suet. de cl. rhet. 1. *Addere fidem*, pro quo et *dare fidem* satis tritum, Liv. II, 24.]

a) *aliis aliarum*] Sic apud Plautum Amphitr. Prolog. 34. *juste ab justis juste.* Act. I. Scen. I. 122. *optimo optime optimam.* [Passov. primus uberius exposuit, usum pleonasticum Adject. *alius*, ut ἄλλος apud Graecos cf. Plut. Brut. 4. Weisk. de Pleonasm. p. 60. Odyss. I, 133. IV, 84. Soph. Oed. Tyr. 7. ibiq. Erf. et Elmslej. Nitzsch. in Plat. Jon. p. 82, a quo nec Latini abhorrent v. Ovid. Metam. X, 308, nostro loco non quadrare, qui potius e mutata constructione sit ita explicandus: *nullis aliis nisi popularibus connubiis mixtos.* Longolius optime interpretatus est: *durchaus durch keine andere.* Initium capitis in usum suum convertit Adamus Bremensis de Saxonib. Hist. Eccl. I, 5., Genesis ac Nobilitatis suae providissimam curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium vel sibi inferiorum connubiis infecti propriam et sinceram tantumque sibi similem gentem facere sunt conati. Unde habitus quoque et magnitudo corporum comarumque color, sicut in tanto numero hominum, idem etiam pene omnibus.*]

b) *infectos*] I. e. mixtos. [Verbis *inficere*, *corrumpere* (cp. 23.), *vitiare* rel., ut Passovius observat, non adhaeret notio rei in pejus mutatae, sed mixtae nec jam sincerae.]

c) *propriam*] [*Propterea* Cod. Arund. *perpetuam* Bamb. *Propr.* i. e. cui nihil alieni, peregrini additum est, eigenthümlich, ursprünglich.]

d) *sinceram*] [I. e. non inquinatam, permixtam, vd. Donat. in Ter. Eun. I, 2. 97. Tac. Hist. IV, 64. de Agrippinensibus — *sincerus*, *integer et servitutis oblitus populus* etc. Dialog. de caus. corr. eloq. cp. 28. reperitur *natura sincera et integra et nullis pravitatibus detorta.* Suet. August. 40. *Magni praeterea existimans, sincerum, atque ab omni colluvione peregrini et ser-*

2 similem [e]) gentem exstitisse arbitrantur. Unde habitus [f]) quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem [g]): omnibus truces et coerulei oculi [h]), rutilae comae [i]), magna corpora [k]), et

vilis sanguinis incorruptum servare populum etc. Sic Flor. II, 11. 3. Gallograecos mixtas et adulteratas reliquias Gallorum dicit.]

e) *sui similem*] [Licet praecipiant Grammatici et probent multi loci scriptorum *similis* c. Genit. ad animum et mores, c. Dativ. ad corpus spectare, tamen frequenter hanc differentiam neglectam videmus, prout, credo, suavius sonaret: quare ubivis fere *sui similis*, non *sibi similis* Latini dixisse videntur. Cf. Olivet. Eclog. Cicer. Ed. II. Hotting. p. 197. Ruddimann. Inst. Gr. lat. P. II, 91. Stallb. ! Goerenz. ad Cic. Fin. V, 5. Drakenborch. ad Liv. VI, 13.]

f) *habitus*] I. e. species et figura, quae *naturae* debetur; cultus ab *arte* est. Suet. Jul. 44. Sallust. Jug. 28, 4. ibique Cort. [*Habitus corporis* Germ. 31. Agric. 11. Dialog. de caus. corr. eloq. cp. 8. ibiq. Schulz. Liv. II, 23. *Habitus animi* Cic. Inv. II, 53. *Habitus cultusque* Ann. I, 10. not.]

g) *idem: omnibus*] Alii, ut Rhen. eumque secuti recc., distinguunt: *idem omnibus: truces* etc., nec male. Peregrinatoribus commode observatum est, quo rudior et incultior esset gens, eo minus inter se differre facie et corporis figura, ut vix uterque sexus et patres a filiis dignosci possent, vitaque cultiore et mansuetiore in diversitatem lineamentorum et corporis formae maximam vim exerceri, cf. Rühs. p. 147.]

h) *truces et coerulei*] *Truces oculi* Cic. Nat. Deor. II, 42. De coeruleis Germ. oculis Juven. Sat. XIII, 164. [Horat. Epod. XVI, 7. Auson. Edyll. 7. Plut. Mar. cp. 11. de Cimbris: Καὶ μάλιστα μὲν εἰκάζοντο Γερμανικὰ γένη τῶν καθηκόντων ἐπὶ τὸν βόρειον ὠκεανὸν ἐιναι τοῖς μεγέθεσι τῶν σωμάτων, καὶ τῇ χαρυπότητι τῶν ὀμμάτων.]

i) *rutilae comae*] [Germanorum comae a Romanis modo *rutilae* (Lucan. X, 130. Calpurn. Flacc. declam. 2), *rutilatae* (Tac. Hist. IV, 61.), modo *flavae* (Auson. Ed. 7.), modo *rufae* (Senec. de Ira III, 26.) dicuntur, quae Adjectiva eundem fere colorem (*goldgelb*, *brandgelb*, *röthlich*) designant, cf. Gell. N. A. II, 26., a Graecis ξανθαί (Herodian. IV, 12.), πυῤῥαί (Galen. de diaet. cap. 6. p. 131. Ed. Basil.). Χρυσοειδεῖς sunt Vandali ap. Procop. rer. Vandal. l. III, *auricomi* Batavi Sil. Ital. III, 608. Etiam

et tantum ad impetum valida l). Laboris atque 3 operum m) non eadem patientia: minimeque sitim aestum-

Gallorum comae rutilatae Liv. XXXVIII, 17., et rutilae Britannorum originem Germanicam ideo prodentium laudantur Tacit. Agric. 11. Qui color Germanis adeo fuerat in deliciis, ut etiam arte crines rutilarent (Ammian. Marcell. XXVII, 2. de Alemannis) sapone a Gallis invento v. Plin. H. N. XXVIII, 12. not. Harduin. Caligula quos in falsum de Germanis triumphum ducere vellet, comam jussit rutilare et summittere. Suet. Calig. 47.] Matronae quoque Romanae, rutilis comis valde delectatae, suas vel cinere rutilabant [Valer. Max. II, 1, 5.], vel a Germanis comas ascitas emebant et pro suis supponebant. [Ovid. Amor. I. Eleg. 14, 45.]

k) *magna corpora*] De magnitudine corporum Germanorum vid. capp. 18. 19. 20. 21. 23. 25. [Ann. I, 64. II, 14. 21. Hist. IV, 14. V, 14. 17. Colum. III, 8. Flor. III, 10. Sid. Apollin. VIII, 9. XIII, 9. Barth. Hist. T. II. p. 237. Tac. Agric. 11. ob *magnos artus* Britannos a Germanis originem habere putat. Mire cum nostro loco conveniunt, quae de *Seribus* tradit Plin. H. N. VI, 22. *Ipsos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, coeruleis oculis, oris sono truci etc.*] Mela III, 3. Caes. B. G. I, 39. [IV, 1.] Germani itaque Romanos magnitudine multum superaverunt.

l) *et — valida*] [Codd. Arund. Bamb. omittunt *magna — et.* Ann. II, 14. *Corpus ut visu torvum et ad brevem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia.* Senec. de Ir. I, 11. *Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriunturque: quorum unica illis cura est, in alia negligentibus. Quid induratius ad omnem patientiam? ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum provisa sunt, non suffugia adversus perpetuum coeli rigorem.*] Romani raro bellum Germanis intulerunt, timentes eorum impetum; Germani contra saepius incursiones in provincias Romanorum faciebant. Populi enim septentrionales semper meliores quaerunt sedes. At Germani, qui frigus tolerare poterant, in regionibus mitiori coelo subjectis, justo citius incalescebant. Igitur testibus Polyaeno VIII, 10, 3., Frontino II, 2, 8. et [Plut. Mar. 26.] Marius Cimbros, quos sciret in aestu solis plurimum sudoris cum anhelitu emittere, gravi proelio superavit.

m) *laboris atque operum*] Livius XXXII, 3, 5. *Confectos jam se labore et opere.* Cic. Tusc. Disp. II, 15. [Virg. Aen.

aestumque tolerare, frigora atque inediam coelo solove assueverunt [n]).

CAPUT V.

De Germanorum terra, gregibus solis opibus, commercio et pecunia.

1 Terra, etsi aliquanto [a]) specie differt, in universum tamen aut silvis horrida [b]), aut paludibus foeda

VI, 129. Haec vocabula promiscue usurpantur, *opus* maxime a poetis, frequenter etiam de belli laboribus.] Tacitus sine dubio dicere vult, Germanos ad magnos labores perferendos minus idoneos esse. [Sed h. l. non de bello, ad cujus pericula subeunda molestiasque perferendas prompti paratique semper erant, esse cogitandum, argumento sunt infr. cap. 14 et 15. Caes. B. G. VI, 21. Mela III, 3.]

n) *patientia — assueverunt*] [Ed. Vienn. *frigora vero.* Nor. *assueverint.* Cf. cp. 23 Hist. II, 32. 93. 99. Agathias lib. I. p. 31. Ed. Paris. Similia de Gallis narrant Flor. II, 4. Liv. V, 48. X, 28. XXXIV, 47. XXXV, 5. XXXVIII, 17. Cf. Rühs. p. 147 — 160. uberius de oculis, capillis et corporis forma disserentem.]

a) *aliquanto*] I. e. non multum. Cave igitur, ne ex Cod. Bamberg. legas *aliquando*, quod approbavere quidem Perizoniana (adhuc anecdota), quasi non dicatur *aliquanto* differt, sed *aliquantum*. [quod Ern. statuere voluit. Wolf. ad Suet. Caes. cap. 10. annotat: *Aliquantum* per se incertae potestatis est, sicut cognata vocabula; *aliquis*, *aliquandiu*, *aliquot*, v. c. quum dicitur: *aliqua* inest difficultas, *aliquot* anni etc. Hi possunt esse 10, possunt etiam esse 40, 60. — Heusing. ad Cic. de Off. I, 1. Meiner. Conspect. particc. lat. p. 40.]

b) *silvis horrida*] Vid. ad cap. 2, 1. [Mela III, 3. Plin. H. N. XVI, 2. Liv. IX, 36. *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici saltus.* Nomina silvarum Germanicarum erant v. c. Hercynia, Marciana,

da c): humidior, qua Gallias; ventosior d), qua Noricum e) et Pannoniam aspicit; satis ferax f), frugiferarum arborum impatiens g); pecorum fecunda, sed plerumque improcera h): ne armentis i) quidem suus 2

Bacenis, Sudeta, Gabreta, Semana, Luna, Teutoburgiensis, Caesia.]

c) *paludibus foeda*] [Maxime in Westphalia, Saxonia inferiore.] Causa quaerenda est in magnis silvis, quae impediverunt, quominus paludes exsiccarentur. [Tac. Ann. I, 63. II, 5. XIII, 54. (de Frisiis) Hist. IV, 73. V, 15. Flor. III, 10. Jul. Capitol. Maximin. cap. 12.]

d) *ventosior*] [Hartmann. Observv. in Tac. Germ. P. I. p. 9. P. III. p. 17. de siccitate accipit, quia regio ventis magis obnoxia etiam siccior sit. A quo dissentiens optime explicuit voc. Emmerling. in Comment. de loc. nonn. in Tac. Germ. p. 12: Ventosae dicuntur regiones, quum ventis vehementioribus et crebris perflantur, iisque patent, hinc editiores, montosae atque adeo saltuosae, quoniam montium juga fere semper arbustis sunt consita. Ventosa igitur terra in nostro libro ad extremum est sylvestris, ut Colero jam placuit, quamvis non proxime ita dicatur. Unde simul patet, praegnante quodam sensu vocem ventosior positam esse, sed minus uti ventorum effectus, siccitas, quam caussa, crebri saltus, indicarentur. Germaniae autem in confiniis Norici ac Pannoniae non unum fuisse saltum, haud temere quis neget, qui Lunam sylvam ibi porrectam, et Occidentem versus a Gabreta, ad Orientem ab Hercynio saltu antiquitus meminerit. — Germania quâ humidior erat humilior, qua ventosior magis saltuosa et editior.]

e) *Noricum*] [Erat inter Aenum fl., Alpes, Cetium montem etc., et complectebatur Austriam, Stiriam, Carinthiam et partem provinc. Salisburg. et Carniolae. Vd. Mannert. T. III.]

f) *satis ferax*] [I. e. segetibus. Virg. A. II, 306. Ovid. Met. I, 286. *Ferax oleo* Virg. Georg. II, 222. *Ferax bonis artibus* Plin. Epist. IV, 15. Sic *fecundus* et *infecundus* c. Dativ. vd. Sall. Jug. 17. Cort. Mela I, 19. De construct. horum Adjectivv. c. Gen. et Ablat. vd. Vechner. Hellen. p. 267 sq. Scheller Gramm. lat. maj. p. 412.]

g) *frugiferarum arborum impatiens*] Mela II, 2. *Thracia — eorum quae seruntur, maligne admodum patiens, raro usquam pomiferam arborem tolerat.* [Agric. 12. *solum patiens frugum* Cf. Germ. 26.]

h) *improcera*] [Passovius Wolfii interpretationem probat ad Tac. Ann. I, 10. »Terra nostra est improcera, ob improcera corpora pecudum.« Cui obloquitur Dil-

3 suus honor [k]), aut gloria frontis [l]): numero gau-
4 dent [m]), eaeque solae et gratissimae opes sunt. Argentum et aurum propitii an irati Dii negaverint, dubito [n]). Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniae

thejus, qui *improcera* ad pecora trahi vult, suppleto *sunt*: terra est fecunda pecorum, sed ea sunt improcera. Conringius suspicatus erat excidisse *haec*. Equidem nullus dubito, quin audacior eoque difficilior explicatio faciliori sit praeferenda. Exempla hujus constructionis, Tacito admodum usitatae, praeter Passov. affatim suppeditat Ruddimann. Instit. Gramm. lat. P. II. p. 73. sq. Stallb. Caes. B. G. IV, 2. *Quin etiam jumentis, quibus maxime Gallia delectatur, quaeque impenso parant pretio, Germani importaticiis non utuntur; sed quae sunt apud eos nata parva atque deformia, haec quotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt.*]

i) *armentis*] [*Pecora* sunt oves, hirci, caprae, *armenta* boves. Vd. cap. 21. Ovid. Metam. XI, 276. ib. Gierig. XV, 84. Digest. VII, 8. 12. L. 16, 89. Justin. II, 2. Plin. H. N. XVII, 4. *Nam quid laudatius Germaniae pabulis?* At Ann. IV, 72. Noster haec habet: *Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, queis ingentium belluarum feraces saltus, modica domi armenta sunt.*]

k) *honor*] [I. e. pulcritudo e pinguedine et nitore. *Honestus equus* Virg. Georg. III, 81. *asinus* Varr. R. R. II, 6. 2.] Statius Silv. I, 2, 113. et Silius IV, 757. *frontis honores.* Virgil. Georg. II, 494, et Horat. Epod. XI, 9. *silvarum honor.* Silius III, 487. *aestatis honores* Flor. IV, 2, 60. *honor loricae.* Plura Bentlej. ad Horatii Od. I, 17, 16. [et Mitscherl. ib. et ad Epod. 11, 6. Heind. ad Hor. Sat. p. 258. 360.]

l) *gloria frontis*] I. e. cornua. [Non deerant cornua, sed minora quam armentorum Italiae erant. Sic etiam Hartmann. Observv. in Tac. P. I. p. 12. interpretatur. Perperam V. D. in Eph. lit. Hal. 1822 m. Febr. p. 239. verba *honor, aut gloria frontis* per Hendiadyn de solis cornibus intelligi vult.]

m) *numero gaudent*] I. e. multitudine. Sic *numerosissima civitas* Tac. Agric. 17, 2. [*Numerosa gens* infr. cap. 19. Caes. B. G. VI, 35. (Sigambri) *magno pecoris numero, cujus sunt cupidissimi barbari, potiuntur.* Cf. capp. 12. 15. 21. De vi verbi *gaudere*, quod Longolius minus recte de possessione, quae nobis voluptati est, accepit vd. not. ad cap. 15.]

n) *argentum — dubito*] [*Propitiine* Cod. Humm. Edd. Nor. Vienn.

maniae venam argentum aurumve gignere. Quis enim scrutatus est? Possessione et usu haud pro- 5
inde o) afficiuntur. Est videre p) apud illos argen- 6
tea

vd. Turs. de part. p. 441. de omisso *ne*. Langius in Vindic. tragoed. Rom. p. 54. Tacitum e Cic. Or. pr. Coelio cap. 17. (non 27.) colorem duxisse suspicatur: — »huic homini ego fortasse, et pauci, deos propitios, plerique autem iratos putabunt?«] Ubi et quando prima argenti fodina in Germania sit aperta, nondum extra omnem dubitationem positum est. Antiquissimas argenti fodinas in terris suis, imprimis ad Fribergam, quaerendas esse Saxones contendunt. Alii vero in parte Hercyniae silvae in Saxonia inferiori primas fuisse auri et argenti fodinas probatum iverunt. Koernerus tandem hanc laudem Bohemiae tribuit, propterea quod plurima vocabula, quibus utuntur metallorum fossores, (vulgo dicitur *die Bergmännische Sprache*) ex lingua Slavorum et quidem ex dialecto Bohemica desumta sint. Ceterum Tacitus plane ex mente Senecae Benef. VII, 10. de auro argentoque judicium tulit. [Ann. XI, 20. tamen narrat, Curtium Rufum in agro Mattiaco specus quaerendis venis argenti reclusisse, sed tenuem inde fructum, nec in longum fuisse. Vd. Dithmar. ad h. l.]

o) *proinde*] [*Proinde*, h. l. i. q. *perinde*, male mutatum ab Ernestio in *perinde* hic et ab omnibus fere recentt. temere receptum, ut passim in Cicerone (Heind. et Creuzero ad Cic. N. D. II, 38. de discrimine hh. vv. non assentior). Vd. Corn. Lysand. 2. Alcib. 6. Oudend. ad Caes. B. C. III, 1 et 60. Parei Lex. crit. p. 996. et Passov. ad h. l., qui varie explicatur. Alii supplent *ac nos Romani*, alii interpretantur: pluris faciunt possessionem quam usum, alii, ut Longolius: non tam cupidi sunt possidendi auri argentique, quam in rectos usus convertendi. Hartmann. Obseryv. in Tacit. Germ. P. I. p. 15. locum ita intellexit: Germani possessione et usu nobilium metallorum non omnes eodem modo afficiuntur, i. e. Germani a Rheno remotiores minus, fluvio autem illi propiores majus iis pretium statuunt. Sed praestat, quam nuper etiam Orellius protulit, interpretatio pluribus veterum locis illustranda: Tac. Hist. II, 84. *Ideo Vespasiano, inter initia Imperii, ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante.* IV, 62. *Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus et dies.* Liv. IV, 37. *Haud vana attulere: sed nec perinde Patres moti sunt.* Suet. Tiber. cap. 52. *Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est.* Galb. 13. *Quare*

tea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia vilitate q), quam quae humo finguntur;
7 quanquam proximi r), ob usum commerciorum, aurum et argentum in pretio habent, formasque s) quasdam nostrae pecuniae agnoscunt atque eligunt:
8 interiores t) simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur u). Pecuniam probant v) veterem et

adventus ejus non perinde gratus fuit. Infr. cap. 34. Germani non proinde ac par esset afficiuntur (vel Germani *non valde*, vd. Scheller. Lex., afficiuntur) possessione usuque auri et argenti; vasa argentea pariter ac fictilia vili pendunt. Thiersch. in Act. Phil. Mon. T. III. Fasc. 3. p. 466. eodem sensu accipit *haud proinde*, comparans Graecorum οὐχ οὕτως, οὐ τόσον i. q. *non magnopere.* De v. *afficere* cf. Plin. Ep. III, 1. not. Justin. II, 2. de Scythis. *Aurum et argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt.*]

p) *est videre*] [Ex imitatione Graecorum, qui ἔστι pr. ἔξεστι frequentant. vd. Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 17. Plat. Crit. cap. 14. Theophr. Char. 2, 10., a poetis, rarius a scriptoribus, praesertim aureae aetatis, *est* pro *licet* — *convenit* usurpatur Virg. Aen. VI, 595. Horat. Sat. I, 2. 100. Liv. XLII, 41. Gell. N. A. XII, 9. Jani art. poet. lat. p. 161 sq. Vechner. Hellenol. p. 363 sq. Seyffert Gramm. lat. §. 2823. Tzschuck. ad Mel. III, 3. 3. not. exeg. p. 93. Nolten. Lex. antibarb. T. I. p. 1479. Ed. III. *Est* i. q. *necesse*, *tempus est* Suppl. T. II. p. 142. Interdum *est* c. Infin. inservit circumlocutioni v. Drakenb. ad Sil. It. IX, 442., ubi *audere est* pro *audent.*]

q) *non in alia vilitate*] I. e. pari, aliae, ut Edd. Vienn. Lips., *utilitate;* Plin. Ep. X, 46. 2. ibique Longol. Sensus: *Principes Germanorum vasa argentea vel aurea, muneri ipsis data, non pluris aestimare, quam vasa fictilia.*

r) *proximi*] Scil. Rheno [Vd. 9. 17. 23. 41. et cap. 15. fin. *utraque ripa* Hist. IV, 64. — Ed. Paris. *proximo Oceano.*]

s) *formasque*] Quinctil. I, 6, 3. *numo, cui publica forma.* Senec. de Benef. V, 29. *denarius — formae publicae.* Ab aliis vocatur nota, *Gepräge.* Horat. Art. Poet. 59. Sueton. Aug. 75. Ner. 25.

t) *interiores*] Procul a Rheno, in mediterraneis regionibus habitantes. [Cap. 17. *ulteriores* Caes. B. G. VI, 2.]

u) *simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur*] [Quod genus commercii antiquis-

et diu notam, Serratos [w]) Bigatosque [x]). Argen- 9
tum quoque magis quam aurum sequuntur [y]), nulla affectione animi [z]), sed quia numerus argenteorum facilior [a]) usui [b]) est promiscua ac vilia mercantibus.

simum apud omnes fere omnium aetatum gentes incultas et barbaras obtinuit. vd. Feith. Antiqq. Homer. p. 197 sq. Plin. H. N. XXXIII, 1. Solin. Polyh. cap. 22. Justin. III, 2. de Lycurgo: *Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium jussit. Auri argentique usum, velut omnium scelerum materiem, sustulit.* Vd. infr. cap. 17. Caes. B. G. IV, 2. de Suevis.]

v) *probant*] I. e. approbant. Cap. 13. 18. Plin. Ep. VII. 9. 15. *notum probatumque est.* [Plin. H. N. XII, 14.]

w) *Serratos*] [Sc. denarios, e numero numorum familiarum, quorum ora exterior cur in modum serrae fuerit incisa, incertum. Vd. Eckhel. doctr. num. vet. proleg. ad num. fam. §. 16.]

x) *Bigatosque*] [Sic dicti ab insculpta nota bigae.] Vid. Plin. Hist. Nat. XXXIII, 3. Alex. ab Alexandro *Gen. Dier.* IV, 15. [Bigati apud gentes barbaras maxime obvii fuisse videntur, cum multa millia argenti bigati e Gallia Cisalpina Liv. XXXIII, 23., ex Hispania ib. XXXVI, 21. aerario illata essent. Eckhel. doctr. num. vet. I, 4. V, 19.]

y) *sequuntur*] I. e. expetunt. Caes. B. C. I, 1. 3. Plin. Ep. VIII, 18. 8. Cort. [Cic. Off. I, 1. et 37. Sall. Catil. cap. 52. Cort.]

z) *nulla affectione animi cet.*] [*Affectatione* Edd. Nor. Rhen. omnesque ante Lipsium, quod Seebod. contra Codd., ut Turic., et vett. Edd., ut Spir. Kath., reduxit.] I. e. non quia afficiuntur animo, sed quia numerus etc. Est Hypallage nominis substantivi et particulae, sive nominis et verbi. Livius XXXII, 4. 5. *altitudine — sed quod — imposita est. et* 6. *Hae difficultates et quod — pretium erat.* Sueton. Caes. 67. *ad speciem, et quo tenaciores essent.*

a) *facilior*] Aptior, commodior Cicero Ep. ad Div. VI, 5, 2. ubi Cortius. [Virg. Georg. II, 223. Plin. H. N. XVII, 5.]

b) *usui*] I. e. ad usum, uti mox cap. 6. 2. Cic. ad Div. II, 1, 1. *scribendo impiger*, ibique Cortius.

Caput VI.

Caput VI.

De Germanorum armatura, militibus, equis, ratione proeliandi et Centenis.

1 Ne ferrum quidem superest a), sicut ex genere telorum b) colligitur. Rari gladiis aut majoribus lan-
2 ceis c) utuntur. Hastas vel ipsorum vocabulo frameas d) gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad

a) *ne ferrum — superest*] I. e. abunde suppetit. [Infr. cp. 26. Hist. I, 51. 83. Vellej. II, 125. Corn. Nep. Hannib. cp. 7. Plaut. Menaech. I, 43. Gell. I, 22.] Annal. II, 14. *ne scuta quidem ferro.* At vide infra cap. 40, 6. 43, 3. et unde accepissent gladios, si ferri inopia fuisset?

b) *telorum*] Telum omne id, quod manu mittitur, vel jaci potest, ut lapides, saxa, lignum, ferrum, etc. Leg. 233. de Verb. Sign. Festus. s. *tela.* [Voss. Etym. L. L. p. 512.] Justinian. Instit. tit. 18. §. 5. aliique in Menagii Amoenit. Jur. cap. 39. Virgil. Aen. II, 467. ubi Servius. Caes. B. C. III, 63, 7. [Verba Germanici Ann. II, 14., quae egregie hoc caput illustrant, apponere lubet: *Nec enim immensa barbarorum scuta, enormes hastas* (Ann. I, 64. Hist. V, 18.), *inter truncos arborum et enata humo virgulta perinde haberi quam pila et gladios et haerentia corpori tegmina. — Non loricam Germano, non galeam; ne scuta quidem ferro nervoque firmata, sed viminum textus, sed tenues, fucatas colore tabulas; primam utcunque aciem hastatam; ceteris praeusta aut brevia tela.* Adde Rühs. p. 198 sq. Hist. V, 14. — *quippe miles Romanus armis gravis et nandi pavidus; Germanos fluminibus suetos levitas armorum et proceritas corporum attollit.*]

c) *lanceis*] Vox Hispanica, Gell. XV, 30. Non. Marcell. XVIII, 26. Isidor. XVIII, 7. [Rühs. p. 206. vocem Gallicam esse eamque per Romanos Germanis innotuisse opinatur.]

d) *frameas*] [Cp. 11, 13. 14. 18. 24. Gell. X, 25. Juven. Sat. XIII, 79., ubi Cod. Hamb. *phrameam.* Barth. Hist. T. II, p. 447. Oberlin. ad h. l. scribit frameam in thesauro sepulcrali Merovingico prope Virodunum repertam in Museo Schoepfliniano servari.] *Framea* est nostrum *Pfriemen*, quod *hastam* significat, ut ipse auctor explicat, neutiquam *ensem*, uti nonnulli volunt. [Isidor. Origg. XVIII, 6.]

ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit,
vel cominus vel eminus pugnent. Et eques quidem 3
scuto frameaque contentus est: pedites [e]) et missi-
lia [f]) spargunt, plura singuli atque in immensum
vibrant [g]), nudi [h]) aut sagulo leves [i]). Nulla cul- 4
tus jactatio [k]). Scuta tantum lectissimis coloribus
distinguunt [l]): paucis loricae: vix uni alterive cas-
sis aut galea. Equi non forma, non velocitate con- 5
spicui [m]): sed nec variare gyros in morem nostrum
docen-

e) *eques — pedites*] Hypallage singularis et pluralis. [Ann. III, 46. — *et circumfudit eques, frontemque pedites invasere.* Nostro satis frequens etiam Enallage numeri, ut pro plurali usurpet singularem vocc. *miles*, *eques*, *pedes*, quae poetico aut sublimiori generi dicendi magis propria quam historiae: *eques* Ann. IV, 73. 74. Hist. I, 88., *pedes* cp. 30. Agric. 12. Ann. I, 67. Hist. II, 26., *miles* Ann. I, 46. III, 46. IV, 51. (Virg. A. II, 20. Liv. III, 22.), *hostis* Germ. 14. not.]

f) *missilia*] Veget. III, 24. Liv. XXXII, 9. [Tac. Hist. V, 17. *Spargere* poetic. Virg. Aen. XII, 51. Enn. ap. Macr. Satur. VI, 1.]

g) *plura — vibrant*] [*Pluraque* Edd. Nor. Rhen. Longol. *Plura* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov.] *Vibrare* i. e. manu agitare Curt. VI, 5, 28. Lucan. IV, 40. ibique Oudendorp. [Drakenborch. ad Sil. XIII, 165. *Pila librare* Ann. I, 64.]

h) *nudi*] I. e. levi vestimento induti. Mela III, 3. Caes. B. G. IV, 1, 10. VI, 21, 5. [Tac. Hist. II, 22.] Senec. de Provid. 4. [de Ira I, 11.] Infra cap. 17. 20. 24. [Voss. ad Virg. Georg. I, 290. Sic γυμνός Ael. V. H. VI, 11. Gebauer. p. 364 sq. de nuditate corpor. majoribus nostris temere afficta. Vd. Diod. Sic. V, 30. de Celtis. Polyb. II, 28. de pugna Gaesetarum.]

i) *sagulo leves*] I. e. veste breviore eaque leviore induti cp. 17.

k) *nulla cultus jactatio*] [Quae tunc temporis apud Romanos esse solebat, vd. Rühs. p. 213. laudantem Tacit. Hist. I, 88. Ael. Spart. Adrian. cp. 9]

l) *lectissimis coloribus distinguunt*] [*Distinguuntur* Cod. Hummel., quod non displicet. Scuta et ornatus causa et ut singulae nationes discernerentur variis coloribus picta fuisse videntur cf. Rühs. p. 217 sq. Cic. de Orat. II, 66. Verba *paucis loricae — galea* illustrantur Ann. II, 21. ibiq. Lips. v. Diod. Sic. V, 30. de Celtis. — *Galeae* Edd. Spir. Kath. *Galea* Cod. Tur. Rhen. ex ingenio.]

m) *equi — conspicui*] Consentit Caes. B. G. IV, 2. [VII, 65. Rühs. p. 221. sq.]

docentur n). In rectum, aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit.
7 In universum aestimanti o) plus penes peditem roboris p); eoque mixti proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate q) peditum, quos
8 ex omni juventute delectos ante aciem locant. Definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt: idque ipsum inter suos vocantur, et quod primo
9 numerus fuit, jam nomen et honor est. Acies per cuneos componitur r). Cedere loco, dummodo rur-

n) *sed — docentur*] [*Varietate* pro *variare* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor., quod Passov. Praef. p. XVIII. in *variegare* facile mutari posse dicit: quae emendatio tamen vereor ut plausum ferat, cum *variegare* tantum in Ausonio et Apulejo reperiatur. Virg. Georg. III, 190. Voss. Tibull. IV, 1, 94. Heyn. de more Romanorum equos subigendi, Beier. ad Cic. de Off. I, 26. nec hujus loci immemor.]

o) *in universum aestimanti*] [I. e. si in universum aestimare velis, quae locutio legitur Agric. 11. explicanda e Graecismo, vd. Thuc. II, 51. Herod. II, 29. Ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἰόντι ἄναντές ἐστι χωρίον; adde Matth. Gr. Gr. p. 524 sq. Vechner. Hellenol. p. 535 sq. Cort. ad Sall. Jug. cp. 84.]

p) *plus penes peditem roboris*] [De Chattis infr. cp. 30. De Britannis idem Agric. 12.]

q) *eoque — velocitate*] Caes. B. G. I, 48, 4 et 5. IV, 2, 3. 4. [VII, 65. VIII, 13.] B. C. III. 75, 5. 84, 3. Ammian. Marc. XVI, 12. de Gallis Liv. XLIV, 20, 3. Paus. Phocic. 19. [Freinshem. ad Flor. IV, 2, 50. Qui hoc modo pugnabant, a Graecis πεζοὶ ἅμιπποι vocabantur vd. Xenoph. Hell. VII, 5, 23. ibiq. interprett. et Sturz. Lex. Xen. s. v.; qui apud Bastarnas, nationem Germanicam (vd. infr. cp. 46.), παραβάται a Plutarch. Aemil. Paul. 12. dicuntur.]

r) *cuneos componitur*] *Cuneus dicitur multitudo peditum, quae juncta acie primo angustior, deinde latior in hostes irrumpit.* Veget. III, 19. [Hist. IV, 16. 20. V, 16. de Batavorum acie. Ἔμβολον apud Graecos Xen. Hell. VII, 5, 22, et ἔμβολος Ael. Tact. cp. 19, apud Romanos etiam *caput porcinum* dicebatur Veget. III, 19. Cluver. Germ. antiq. I, 50. p. 383. Rühs. p. 226. Sensu generaliori Livio usurpatur *cuneus* de phalange Macedonum XXXII, 17., apud Amm. Marc. XIV, 12. *cuneatur circumsistentes.* De v. *componere* vd. Ann. II, 78. XII. 16. XV, 29. Hist. IV, 16. 66.]

rursus instes [s]), consilii quam formidinis arbitrantur [t]). Corpora suorum etiam in dubiis proeliis [u]) referunt. Scutum reliquisse praecipuum flagitium [v]): nec aut sacris adesse [w]) aut concilium inire, ignominioso [x]) fas: multique superstites bellorum [y]) infamiam laqueo finierunt.

CAPUT VII.

s) *cedere — instes*] Cf. Ann. I, 56. de Chattis, II, 11. de Cheruscis Cariovaldam, Batavorum ducem, fuga simulata in planitiem saltuosam tractum circumvenientibus. De eodem fere genere pugnandi Parthorum Bernegg. vd. ad Justin. XLI, 2.]

t) *consilii quam formidinis arbitrantur*]. [Ed. Mon. *magis quam*. Exemplo Graecorum Latini Adverbia *magis* et *potius* ante particulam *quam* omittere solent; de om. μᾶλλον v. Valck. Sel. ad Nov. Test. T. I. p. 224. ed. Wassenbergh. Boeckh. ad Pind. Olymp. I. p. 351. (nec Taciti locc. immemor.) Bekker. ad Theognid. p. 69. Fisch. ad Weller. P. III. p. 86 sq. et quos laudat Passov. Vechner. Hellenol. p. 138. A Nitzsch. in Comment. de comparativ. ling. Graec. mod. ad calc. Ion. Plat. p. 67 sq. hoc ellipseos genus arctioribus limitibus circumscribitur. Latina exempla vd. in Corn. Nepot. Datam. 8. ibiq. Staveren. Jani Gramm. poet. p. 213. (qui negat exempl. hujus ellips. ap. Ciceronem reperiri) Tac. Ann. I, 58. III, 17. Hist. IV, 83. V, 6. Drakenborch. ad Liv. T. I. p. 827. Palairet. Thes. Ellips. lat. p. 122. Sanct. Minerv. T. II. p. 288. Ed. Bauer. Ruddimann. Inst. Gr. lat. P. II. p. 105 Stallb.]

u) *dubiis proeliis*] I. e. quorum eventus adhuc incertus est. Plin. Ep. VI, 20, 6. *dubius dies*, i. e. diluculum. Sueton. Caes. 4. *dubiae civitates*, i. e quibus fidendum non est. Aug. 17. *dubia societas*, i. e. quae facile foedus rumpit. Tacit. Annal. III, 44. *dubiae Hispaniae*, i. e. de qua adhuc incertum, a cujus partibus statura sit.

v) *scutum reliquisse praecipuum flagitium*] [*Precipuum* Ed. Spir. et sic semper. Flagitium erat militare severioribus poenis expiandum *arma abjecisse* (Corn. Nep. Chabr. 4. Staver.), imprimis *scutum reliquisse* apud plurimas gentes, Graecos (Polyaen. II, 3. 10.), quibus ῥίψασπιδες dicti, Lacedaemonios maxime (Crag. de rep. Laced. p. 363. Potter. Archaeol. Gr. III. cp. 12.), Romanos (Hor. Od. II, 7, 9.), Germanos (vd. Gebauer. p. 611 sq. Rühs. p. 230). De significatione voc. *flagitium* vd. Cort. ad Sallust. Catil. 23. Gebauer. p. 620 sq. et infr. cp. 12.]

w) *sacris adesse*] Caes. B. G. VI, 13, 6. 7. de Gallis. [Vd. infr. cap. 12. de severioribus poenis ignominiosorum.]

x) *ignominioso*] [*Ignominia*

Caput VII.

De potestate regum, ducum, sacerdotum. Ratio aciei instruendae; in proximo infantes et mulieres, quae pugnantium animos accendunt.

1 Reges ex nobilitate [a]), duces ex virtute sumunt.
2 Nec regibus infinita aut libera potestas: et duces, exemplo potius quam imperio, si [b]) prompti, si conspicui, si ante aciem agant [c]), admiratione [d])
3 praesunt. Ceterum neque animadvertere [e]), neque vin-

sus i. q. ignominia notatus. Quinctil. VII, 1.]

y) *superstites bellorum*] Cap. 14, 2.

a) *reges — potestas*] [Cf. Gebauer. de regia apud Germ. vett. potestate p. 21, de regia successione p. 37 sq., de nobilitate vett. Germ. p. 54 sq., Rühs. p. 238 sq. Reges et duces a Germanis e certis familiis nobilioribus, qui mos apud multas alias gentes, ut Persas, obtinebat, eligebantur, cf. cap. 11 et 42. Ann. XI, 16. Regum, qui non omnibus Germaniae nationibus erant cf. cap. 25, potestas neutiquam cum ea, qua postera aetate pollebant, comparanda, arctioribus terminis erat circumscripta cf. cap. 43. Caes. B. G. V, 27.; quamque acres et anxii fuerint in libertate a potentioribus eam labefactaturis tuenda docet Arminius interfectus Ann. II, 88. — Rex aut dux electus scuto imponi et sustinentium humeris vibrari solebat Hist. IV, 15. de Brinnione, Caninefatum duce; nec postera aetate hujus ritus exempla desunt apud Cassiodor. Var. Epist. X, 31. de Gothis, Gregor. Turon. II, 40. de Francis. — *Aut libera* Ed. Nor. Rhen. recentt., *ac libera* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov.]

b) *si — si — si*] Anaphora. Caes. B. G. VI, 13. [*Prompti* i. e. parati ad aliquid audendum cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II, 75. Caes. B. G. I, 3.]

c) *ante aciem agant*] [*Agere* i. q. esse, versari vd. ad cap. 17.]

d) *admiratione*] Veget. II, 14. *cum summa admiratione equum possit conscendere.*

e) *animadvertere*] [I. e. supplicio afficere, interficere Tac. Hist. I, 46. 68. IV, 49. Plin. H. N. VIII, 40., *animadversio* Valer. Max. VI, 3. 3., it. *advertere* Ann. V, 9. Quomodo Caes. B. G. VI, 23. cum Tacito sit conciliandus vd. ap. Gebauer. p. 607 sq.]

vincire, neque verberare quidem f), nisi sacerdotibus g) permissum: non quasi in poenam, nec ducis jussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt; effigiesque et signa h) quaedam, de-

f) *neque verberare quidem*] [Haec est lectio Codd., Passov. *nec — quidem*, Arundell solus *ne — quidem*, quod Ernest. et Gronovio monente et ob Cod. auctoritatem, ut c. recc. Long., recepit. Adhuc lis est inter VV. DD., num formula *nec — quidem* sit latina, quam damnarunt J. M. Heus. Emendat. p. 191. 475. J. Gronov. ad Liv. XXVII, 18. Wolf. ad Suet. Tiber. cap. 21. Heusing. ad Cic. de Off. I, 10. II, 11. III, 4. et passim, Bentlej. ad Horat. Sat. II, 3, 262. Oudend. ad Caes. B. G. V, 44. Moser. ad Cic. N. D. III, 26. Cort. ad Plin. Epist. II, 14. Hotting. ad Cic. Div. I, 9. Goerenz. ad Cic. de Fin. I, 15. Patrocinati sunt ei Gernhard. ad Cic. de Sen. cap. 9. Olivet. Eclog. Cic. Ed. II. p. 208. et Wetzel. ad eund. loc. hic quoque ad cap. 13. de Amic. Seebodius et Passovius, quem cf., Gebauer. p. 608. De *non — nec*, quod h. cap. bis et 22. legitur, vd. Lachmann. ad Propert. p. 64. Tursellin. de partic. p. 486 sq. Meiner. Conspect. part. lat. p. 312.]

g) *nisi sacerdotibus permissum*] [Nostri fides quibusdam suspecta est, quum Germani non, ut Galli Druidas (Caes. B. G. VI, 21.), ordinem sacerdotum habuissent, qui ad tempus tantum e patribus familias et gentium principibus, ut sacra facerent precesque adhiberent, eligerentur. Cf. Rühs. p. 245. 309. Anton. interp. vernac. p. 95. — Pro *imperante Deo* Cod. Arund. *inspirante Deo*.]

h) *effigiesque et signa*] Diversas virorum doctorum interpretationes vide apud Gebauerum [p. 66.] Constat vero, Germanos nullas habuisse figuras Deorum v. cap. 9, 4. Lucan. III, 415. Igitur h. l. est figura Hendiadys et significat *signa effigiata*, sive animalium, sive cujusdam herois, sive Irmensulae [de qua Hag. Irmin. p. 49. Mon. T. II. p. 49.], ad excitandam militum virtutem. [Infra de Aestyis cap. 45.] Tacit. Hist. IV, 22. [Cimbris signum militare erat taurus aeneus Plut. Mar. cap. 23.] Sic Hendiad. cp. 17, 4. *maculas pellesque*, i. *maculatas pelles*. [28. *a similitudine et inertia Gallorum separantur*. 35. *oblectationi oculisque ceciderunt*.] Agric. 25, 4. *manus et arma*, i. *manus armatae*. Liv. XXXVIII, 7, 2. *stuppam picemque*, i. *stuppam piceatam*. Cic. ad Attic. IV, 2. *dolor et magnitudo*, i. *dolor magnus*. [Virg. Georg. II, 192.] Plura dedere Serv. ad Virg. Aen. I, 61. Cortius ad Sallust. Catil. 2, 2. Excurs. ad 7, 4. Westerhof. ad Terent. Andr. Prol. 12.

4 detracta lucis, in proelium ferunt. Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus,
nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum[i]) facit,
5 sed familiae et propinquitates; et in proximo
pignora[k]), unde feminarum ululatus audiri[l]), unde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes,
6 hi maximi laudatores. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt[m]): nec illae numerare aut exigere[n])
pla-

i) *turmam aut cuneum facit*] [Turma de equitatu, cuneus de peditatu, etiam de utroque v. Drak. ad Sil. IV, 144.]

k) *pignora*] Liberi et uxores, quin etiam parentes. Tac. Annal. XII, 2. [XV, 36. 57. XVI, 26. Agric. 38.] Plin. Ep. I, 12, 3. Quinctil. VI, 1, 24. Cannegieter. ad Avien. p. 192. [Mos erat veterum Germanorum, si in bellum proficiscerentur, liberos uxoresque secum ducere, quae post aciem in plaustris dispositae animos pugnantium accenderent, laborantibus vulneratisque praesto essent, et, ubi res desperatae jam poscerent, contra hostes fortiter pugnarent suosque cedentes in proelium reducerent. Cf. Caes. B. G. I, 51. IV, 14. Plut. Mar. 27. Flor. III, 3. Oros. V, 16. Tac. Hist. IV, 18. Vopisc. cap. 34. de Aureliani Imp. triumpho: *Ductae sunt et decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat: cum multae essent interemtae, quas de Amazonum genere titulus indicabat.* De Gallis vd. Polyb. V, 78., de Britannis Tac. Ann. XIV, 30 et 34. Agric. 32. 38.]

l) *feminarum ululatus audiri*] [*Ululatus feminarum* Cod. Tur. Edd. Spir. (*foemin.* sic ubique) Kath. aliaeque ap. Pass. — *Audiri* sc. est, pro licet cf. supra cap. 6. p. 30. *Ululatus* (ut Hist. IV, 18.) Ann. IV, 51. etiam dicuntur *lamenta* matrum conjugumque Thracum pugnae assistentium.]

m) *ad matres, ad conjuges vulnera ferunt*] [Exquisitius dictum pr. vulnera ostendunt matribus et conjugibus. Nam *vulnera ferre*, ab poetis imprimis, vulgo usurpatur vel pro *vulnera accipere* Ovid. Epist. ex Pont. IV, 7, 50., vel pro *vulnera inferre* ibid. I, 7, 52. cf. Reitz. de Ambig. Med. etc. p. 213.]

n) *exigere*] [Haec est lectio omnium Codd. praeter Arundell., qui *exsugere* offert, quod etiam Rhenanus infeliciter conjectum in textum invexit; idque multis editoribus temere est probatum. Ad illustrandum morem sanguinis exsugendi, de quo Monius T. II. p. 31. quoque hoc loco abusus disputat, laudatur Homer. Il. 4, 218. *Exigere* unice verum significat diligenter exa-

plagas [o]) pavent [p]). cibosque et hortamina pugnantibus gestant [q]).

migrare, cujus vulnera sint leviora, cujus graviora et honestiora. Feminae vulnerum velut exactrices erant; ut exactores operis, qui attendunt, ut rite fiat. Vd. J. Fr. Gronov. Observ. p. 60. Ed. Lips. Nic. Heins. Animadv. ad calc. Ed. Oberlin. T. II. p. 940. Pareî Lex. crit. p. 444. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 124. Plin. Epist. IX, 26. Ed. Cort. — *Nec exigere* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov., male. De formula *nec — aut* cf. Passov. ad h. l. Tac. Ann. XIV, 58. Plin. H. N. XXII, 24. Bentlej. ad Horat. Epod. 16, 6. Sat. I, 6, 68. Tursellin. de partic. p. 449. Oudend. ad Caes. B. G. III, 14. *Neque — aut — ac* usurpat Tac. Ann. XV, 13.]

o) *plagas*] Suet. Vitell. 10. — *quoscunque libuisset, in libertatem asserebant, verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem repraesentantes adversantibus. Plagae* sunt tumores ex percussione, *vulnus* vero est apertum, hians et patens. Non. Marcell. V, 49. [*Plagae* h. l., ut passim apud alios scriptores, sunt vulnera. Liv. XXXVIII, 21. Corn. Nep. Eumen. 4.]

p) *pavent*] [„I. e., non recusant, non dubitant aut cunctantur." Emmerling., qui bene observat, hoc verbum pluraque ejus generis (ut *deterreri* Ann. I, 1. ibiq. Gronov. Tibull. I, 3. 76. Broukh., *aspernari* Ann. I, 40. adde IV, 46. Hist. III. 68.) usurpari, cum certis quibusdam vel levissimis impedimentis a re aliqua abstrahimur et detinemur, quo minus, quod in animo erat, faciamus.]

q) *cibosque et hortamina pugnantibus gestant.*] [*Bellantibus* Ed. Vienn. Gestare aliter accipiendum est, quum ad *cibos*, aliter cum ad *hortamina* refertur, locusque ita explicandus: pugnantibus cibos suggerunt, eorumque animos ad strenue pugnandum accendunt. Qui Zeugma statuere velint, iis non assentior, nam *gestare*, quamvis coactius, tamen ex stilo Taciti ad utrumque substantivum referri potest.]

CAPUT VIII.

CAPUT VIII.

Acies inclinatae a feminis restitutae. Puellae efficacius obsidum genus. Veneratio Veledae et Auriniae, fatidicarum.

1 Memoriae proditur [a]), quasdam acies, inclinatas jam et labantes [b]), a feminis restitutas constantia precum et objectu pectorum [c]) et monstrata [d]) cominus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine [e]) timent: adeo ut efficacius obligentur [f]) animi civitatum, quibus inter obsides puel-
2 lae [g]) quoque nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid et providum putant; nec aut consilia

a) *memoriae proditur*] Sic Tac. Annal. III, 65. VI, 25. Cic. ad Div. VIII, 3, 7. Caes. B. G. I, 13, extr. vid. Cortius ad Sallust. Jug. 4, 1.

b) *inclinatas jam et labantes*] *Inclinata* et *labans* unum idemque est; de illo vd. Tacit. Hist. III, 83. [passim Liv. I, 12. II, 20., additur *in fugam* XLIV, 28.] Sueton. Caes. 14 et 62. Vellej. II, 52 et 55. [de hoc not. ad Hist. III, 23.]

c) *restitutas constantia precum et objectu pectorum*] [*Peccatorum* Edd. Spir. Kath. Cf. Plut. Mar. cap. 19. de feminis Ambronum, quae cum suis fugientibus in proelium reductis fortiter contra Romanos pugnarunt. De Persarum feminis vd. Justin. I, 6. Rühs. p. 254. sq., et not. ad cap. 7. *Objectu pectorum* i. e. objectis pectoribus non hostium telis, sed viris, ne fugerent.]

d) *monstrata — captivitate*] Nempe digito. Pers. Sat. I, 28. Horat. Od. IV, 3, 22. Sat. II, 8, 25. Cic. Offic. I, 16. [A voc. *captivitate* usque ad verba cap. 16. *Solent et subterraneos* lacuna est in Cod. Tur.]

e) *feminarum suarum nomine*] I. e. propter feminas suas, vel feminarum suarum causa. Vd. Sallust. Cat. 35, 3. Horat. Od. III, 21, 5. [ibiq. Bentlej.]

f) *obligentur*] Infra cap. 20, 7.

g) *inter obsides puellae*] [Suet. August. 21. *A quibusdam vero novum genus obsidum, feminas, exigere tentaverit, quod negligere marium pignora sentiebat.* Nota est res de Cloelia vd. Liv. II, 13. Cleonymus Spartanus a Metapontinis virgines obsides accepit. Athen. XIII, 28. Hasdrubal ab Hispanorum regulis liberos uxoresque obsides exegit. Vd. Polyb. X, 35. 38.]

lia earum aspernantur, aut responsa negligunt h). Vidimus i) sub Divo k) Vespasiano Veledam l), diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed et olim 3
Auri-

h) *sanctum — negligunt*] [*Sanctum aliquid et providum* i. e. divinum et futura praesentiens Ern. Docent haec feminas apud Germanos honestiore loco habitas fuisse quam apud alias gentes barbaras, deque nulla re majoris momenti, ut bello et pace, de proelio ineundo eos decrevisse, priusquam feminarum, fatidicarum imprimis, responsa tulissent. Cf. Caes. B. G. I, 50. ibiq. Mor. Plut. Vit. Caes. cap. 19. Strab. VII. p. 294. Monius T. II. p. 15 et 31. De Celtarum (male Germanorum in nota Lipsii) feminis in consilium de bello paceque adhibitis vd. idem narrantes Plut. de mulier. virtut. T. VIII. p. 270. Hutt. Polyaen. VII, 50.] *Responsa* sunt oracula divina, imprimis per haruspices data. Tac. Hist. IV, 65. Suet. Aug. 94 et 97. Sallust. Cat. 47, 2. ubi Cort. plura.

i) *vidimus*] *Videre* i. q. oculis cernere, unde quidam probatum ivere, Tacitum in Germania fuisse. Sed Dithmar. *de fide Taciti* docuit, Veledam captam Romamque deductam, ibi a Tacito aliisque potuisse videri. Deinde, etiamsi Tacitus ipse Veledam non viderat, tamen scribere potuit *vidimus*, nimirum nos Romani. [*Vidimus* perperam interpretatus est Monius T. II. p. 16: *wir haben erfahren.* Passov., cum iis quos laudat in not. p. 94., et in Comment. de Tac. German. in Philomath. ed. Wachler. T. I. p. 51 sq., Rühs. p. 54 sq. et Dilth. Prooem. p. 24. jure negant Tacitum in Germania fuisse. De plurali verbi vd. Passov. ad cap. 29. et Dilthej. l. l.]

k) *Divo*] I. e. inter Deos relato. Morem consecrationis Imp. Roman. copiose describit Herodian. IV, 2. Müller. et Schöpflin. de Apotheosi. [Creuz. Myth. T. III. p. 49. Ed. I. Constat Jul. Caesarem, Augustum, Claudium, Nervam aliosque Imperatores a Romanis inter Deos fuisse relatos.]

l) *Veledam*] [*Velledam* al. Edd. vett., *Veledam* Ed. Kathar. et Codd. Hist. IV, 61. not. Ern. Βελήδα Dio Cass. LXVII, 5.] Ejus quoque mentionem facit Tac. Hist. IV, 61 et 65. V, 22 et 24. Statius Silv. I, 4, 90. [Cf. Gebauer. p. 939 sq. De etymologia nominis *Veledae* alii alia commenti sunt; Rühs. p. 260. hoc nomen proprium mulieribus Germanorum usitatum fuisse docet. Alii explicant *Waldbewohnerin*, alii *die Wählende*, alii nomen compositum opinantur e *Wöle Hulda* cf. Ammon. et Bäumlein. Comment. p. 32 sq.]

Auriniam [m]) et complures alias venerati sunt [n]); non adulatione, nec tanquam facerent Deas [o]).

Caput IX.

Germanorum numina Mercurius, humanis hostiis, Hercules et Mars animalibus placata, Isidis sacra peregrina. Luci ac nemora loco templorum. Nulla Deorum simulacra.

1 Deorum maxime Mercurium [a]) colunt, cui certis [b]) diebus

m) *Auriniam*] [*Fluriniam* Cod. Farnes. male, *Alpriniam* Lips. Seebodio temere probatum. Nomen cum Rühsio p. 261. e linguis septentr. ductum ita interpretari, ut sign. *amicum communem* (Allraun), mihi aliisque displicuit. Rectius statuitur, fuisse hoc nomen feminarum fatidicarum et magarum apud populos septentrionales, ex *all* et *runen* (scire) factum, quum omnium rerum scientiam tenere putarentur, cf. Jornand. de reb. Gothic. cap. 24, qui Aliorunas vocat, Ammon. et Bäumlein. p. 34., Grimm. de runis German., not. in Tac. Ed. Oberlin., Encyclopaed. univers. ab Erschio et Grub. edit. s. v.]

n) *et complures alias venerati sunt*] [Dio Cass. LXVII, 5. Καὶ Γαῦνα (al. Γάννα) παρθένος μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα. Cattae mulieris vaticiniis, velut oraculis acquiescebat Vitellius Sueton. cap. 14. Evolvisse juvabit libr. vernacul., qui inscribitur: die Vorzeit, Erfurt 1819 — 20. T. III. Fasc. 1. Nro. 6. Die Alraunen der Vorzeit. T. IV. Fasc. 1. Nro. 8. Die Druiten und weissagenden Weiber der ältesten deutschen Vorzeit.]

o) *non adulatione, nec t. facerent*] Hyperbaton nominis et verbi. [» Cogitatione supplendum: ut nos Romani solemus, sed tanquam revera essent Deae « Orell. De veneratione feminarum fatidicarum cf. Tac. Hist. IV, 61.]

a) *Mercurium*] [Ut Caesar Gallorum (B. G. VI, 17.), sic Noster Germanorum numinibus Romana nomina imposuit. Mercurium, etiam Gallis maxime cultum, referente Caesare, qui in tradenda Germanorum religione

diebus humanis quoque hostiis litare c) fas habent. Herculem d) ac Martem e) concessis f) animalibus 2
pla-

parum satisfacit. Wodanum vel Othin., principem Deorum, fuisse plurimi iique doctissimi viri consentiunt cf. Rühs. p. 274 et Passov. p. 95. Aliam sententiam proposuit Ritter. in Pronao p. 376 sq.: Mercurium Italorum non a *mercibus* cum Festo esse ducendum, sed potius a *merk* — *merken* — *Mark* — *Gemarkung* (limes) — unde *Merker* seu *Märker* (quod etiam Longolio in mentem venit), cum populi antiquissimis temporibus mercaturam non exercuissent, eumque praesidem agriculturae a Germanis Celtisque fuisse cultum. Vix assentiar iis, qui putent, Martem et Herculem subesse uni Othino. Monius T. II. p. 28 sq. Mercurium Wodano, Herculem Thoro, Martem Othino comparans in religione Germanorum triadem inesse statuit: adde p. 276. De religione Germanorum vd. Rühs. p. 264 — 327.]

b) *certis*] I. e. statis. Suet. Caes. 43. Calig. 40. Infra cap. 11, 2. [De nominibus dierum Diis sacrorum cf. Rühs. passim in Comment. ad hoc cap. Sprengel. et Barth. T. II. p. 328.]

c) *humanis quoque hostiis litare*] [*Hujus quoque hostiis* Ed. Paris. Constat, apud omnes fere gentes, priusquam feritate exuta mansuetiores facti essent, morem homines, hostes bello captos praecipue et maleficos, Diis immolandi viguisse; Phoenices dico, Carthaginienses (Diod. Sic. XX, 14.), Athenienses (Plut. Themist. 13.), Aegyptios (Diod. Sic. I, 88. ibiq. Wessel.), Gallos (Caes. B. G. VI, 16. Diod. Sic. V, 31.) Romanos, etc.; de Germanis vd. infra cap. 39. Ann. I, 61. Rühs. p. 319 sq. Monius T. II. p. 136. Gebauer. p. 968 sq., qui cum Longolio in libello de Ἀνθρωποθυσίᾳ et Sprengelio p. 106. frustra majores nostros ob ritum hunc immanem excusare studet. *Litare*, ut Graecis καλλιερεῖν, proprie ii dicuntur, qui in victimis bona exta inveniunt et sacrificando Deos placant. Cf. Parei Lex. crit. p. 683. Cic. Divin. II, 15. Ovid. Metam. XV, 794. Schwarz. ad Plin. Pan. 52. Suet. Caes. 81. Aug. 96. Nero. 56. Gron. ad Liv. VIII, 9; saepius, ut h. l. i. q. immolare, sacrificare vd. Graev. et Duk. ad Flor. III, 4.]

d) *Herculem*] [Noster quidem Ann. II, 12. silvae Herculi sacrae, at nusquam alibi Herculis mentionem facit, et cui Germanorum Hercules Deo sit comparandus, in incerto adhuc est.]

e) *ac Martem*] [*Et* Edd. Nor. Vienn. Ann. XIII, 57., *praecipuus Deorum* dicitur Hist. IV, 64., quem rectius cum Tyro, Deo belli, quam cum Thoro, Deo tonante, comparaveris cf. Rühs. p. 282. 285.]

f) *concessis*] I. e. quique Deo

3 placant. Pars Suevorum et Isidi g) sacrificat h). Unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi i), nisi quod signum ipsum, in modum Liburnae k)
4 figuratum, docet l) advectam m) religionem. Cete-

rum

sacris. [Ern.: 'quibus aliae humaniores gentes sacrificant, humanis victimis litare nefas putantes'. Monius T. II. p. 20. *concessa animalia* interpretatur animalia, quae Deus fausto omine facto ut sibi immolentur concedit. Equi imprimis, etiam boves, canes etc. immolabantur. — Ed. Vienn. *concisis*, male.].

g) *Isidi*] Isidem Aegyptiorum Deam fuisse, inter omnes constat. Unde vero Isidis cultus in Germania ortus sit, parum compertum est. [Noster religiones mirum in modum videtur confudisse, multique frustra rem tenebris densissimis involutam in clariore luce ponere studuerunt cf. Gebauer. p. 857 sq. Rühs. p. 284. Monius T. II. p. 31. ad ea, quae Tac. de Isidis cultu prodidit, illustranda e Germanorum mythologia se aliquid afferre posse negat: alii ad Lunae cultum (vd. Caes. B. G. VI, 21.) esse referenda suspicantur, cf. Dilthej. ad h. l.].

h) *sacrificat*] At Caesar. B. G. VI, 21: *neque sacrificiis student* [Vd. Morum, qui hunc locum a multis male intellectum bene explicat, ut *studere s.* sit: non magnopere sacrificiis uti, non multum ac saepe sacrificare. — Pro *Suevorum*. Edd. Spir. *Suenorum*. *Sacrificant* Ed. Vienn., quod Passov. in pluribus libris lectum velit.].

i) *comperi*] I. e. certum habui. Cic. ad Div. V, 5, 3. *ex multis audivi, nam comperisse me non audeo dicere.*

k) *Liburnae*] [Seu Liburnicae (Tac. Hist. V, 23.) sc. navis, sic dictae a Liburnis, Illyrici populo, quorum navigia biremia admodum velocia erant cf. Mitscherlich. ad Horat. Od. I, 37, 30. Plin. Ep. VI, 16. Gier. Flor. II, 6. Graev. Veget. de re mil. IV, 33 et 37. Lucan. III, 534. Quod Isis, ut alia numina, navem sacram haberet, narrante Fulgent. Mythol. l. I. in Cuper. Observ. p. 242., etiam ejus signum in navigii formam ab Aegyptiis fabricaretur, vel quod festum in ejus honorem celebratum navigium Isidis diceretur cf. Klopfer. in Nitzsch. Lex. myth. T. II, 56., id Tacitum in opinionem de religione advecta ejus Deae Germ., quam pro Iside habebat, induxisse videtur. Alii Isidem cum *Hertha*, alii cum *Freya* comparant.].

l) *docet*] I. e. certis argumentis probat Plin. Ep. X, 64, 4. ibique Buchner. et Longol.

m) *advectam*] Male quaedam *adjectam*. [Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov.].

rum nec cohibere [n]) parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem [o]) assimilare [p]), ex magnitudine Coelestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant [q]); Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia [r]) vident.

Caput X.

n) *ceterum nec cohibere*] [*Caeterum*, *caeteri* etc. constanter Edd. Spir. Bredov. male, judicibus Passov. et Grotef. Gr. lat. T. II. §. 168.] *Cohib.* est includere, Gell. XIII, 28, 4. [Ovid. Metam. XIV, 224. 225. XV, 346. *includere parietibus* Cic. Legg. II, 10.], est ergo idem quod: nec templa exstruunt Diis. [Licet ob Herthae templum cp. 40 et Tanfanae Ann. I, 51. memoratum nonnulli, ut Rühs. p. 312, Germanos aedes sacras Diis exstruxisse statuant, rectius tamen cum Longolio, Dithmaro et Ernestio (vd. etiam Clav. Cic. s. v.) templum de loco inaugurato, seu sacro nemore hic intelligitur. Cf. Monius T. II. p. 18., etiam de templo Tanfanae. Alanos quoque neque templum aut delubrum habuisse narrat Ammian. XXXI, 2.]

o) *oris speciem*] Liv. II, 23, 4. [Cf. infr. 43. *Spetiem* Ed. Spir.]

p) *assimilare*] [Ernest. aliique contra omnium Codd. et vett. Edd. auctoritatem *assimulare* legunt. Cf. Passov. de his vocc. accurate disputantem, cujus observationibus, quid addam, vix habeo; cf. Parei Lex. crit. p. 120. Gesner. in Thes. T. I. p. 493 sq. *assimulare* ubique praeferendum esse pronuntiat.].

q) *lucos ac nemora consecrant*] [*Nemus et lucus*, quae proprie ita distinguuntur, ut lucus (de etym. vd. Periz. ad Sanct. Min. p. 324.) sit silva incaedua et religiosa, nemus silva amoena cum campis et pascuis, permultis locis promiscue usurpantur, nec raro conjuncta reperiuntur vd. cp. 10. 45. Dialog. de caus. corr. eloq. cp 9. 12. Plin. H. N. IV, 12. Voss. ad Virg. Ecl VIII, 86. Broukh. ad Tibull. III, 3. 15. Sufficit mentionem injicere sacrorum nemorum apud Graecos (vd. Spanhem. ad Callimach. h. in Dian. v. 38.) et Romanos (Plin. Paneg. 81.); Germanorum lucos passim Nostro invenies laudatos infr. 10. 16. 39. 40. 43. Ann. I, 51. II, 12. IV, 73. Hist. IV, 14. Germani quoque singulas arbores, quercus maxime, consecrabant, ut Hassi vd. Monius T. II. p. 157. Mos arbores consecrandi vigebat etiam apud Anglo-Saxones ib. p. 97., Gallos p. 375., Danos p. 343., Borussos T. I. p. 79., Bohemos p. 169., Wendos p. 179. De voc. *consecrare* vd. Creuz. ad Cic. N. D. p. 297. Causa et origo consecrationis nemorum bene exponitur a Senec. Epist 41. *Si*

Caput X.

Auspiciis et sortibus student. Ratio sortium. Auspicia ex avibus equisque. Mos bellorum eventus explorandi.

1 Auspicia sortesque, ut qui maxime a) observant.
2 Sortium b) consuetudo simplex c). Virgam frugiferae arbori decisam d), in surculos amputant; eosque

tibi occurrit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus, et conspectum coeli densitate ramorum aliorum alios protegentium submovens: illa proceritas silvae et secretum loci, et admiratio umbrae, in aperto tam densae atque continuae, fidem tibi numinis facit. Plin. H. N. XII, 1. *Haec fuere numinum templa, priscoque ritu etiam nunc simplicia rura Deo praecellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos, et in iis silentia ipsa adoramus.*]

r) *sola reverentia*] Cap. 39. 5. [*Solum* Ed. Paris.]

a) *ut qui maxime*] [*Utique max.* Ed. Paris.] Elegans locutio elliptica, de qua videndus Periz. ad Sanct. Min. plena: *ut ii, qui maxime.* [Plin. Ep. IX, 22. *Observare auspicia* v. in Suet. Aug. 92.]

b) *sortium*] [»Sortes sunt divinationis genus, cum literae, notae, dicta, inscripta foliis, talis, ligno, scidulis, mixta aut concussa exhibentur iis, qui Deos consulunt, ut quod primum veluti sortitione exierit, aut protractum sit, id responsi divini vim habeat. Patet tamen hoc verbum latius: nam omnino responsa divina dicuntur sortes.« Mor. ad Caes. B. G. I, 50. cf. etiam 53. Divinatio e virgis, antiqua admodum, vd. Gal. ad Jamblich. de myster. p. 238., etiam usitata erat Scythis Herod. IV, 67., ibiq. Wess., Alanis Ammian. Marcell. XXXI, 2., Frisiis vd. Rijhs. p. 329., Rugiis vd. Sax. Gramm. l. XIV, p. 288. *Tribus ligni particulis parte altera albis, altera nigris, in gremium sortium loco conjectis candidis, prospera, furvis adversa signabant.*]

c) *simplex*] I. e. sine arte, contra quam apud Romanos fieri solebat, qui multa arte sortes tractabant. [Cf. Cic. de Div. II, 41. Broukh. ad Tibull. I, 3, 11.]

d) *virgam — decisam*] Cod. Longol. *descisam.* Reliquias hujus ritus habemus adhuc in virgulae divinatricis usu. [De arboribus frugiferis vd. not. ad cp. 5 et 23.].

que notis [e]) quibusdam discretos, super candidam vestem temere [f]) ac fortuitu [g]) spargunt. Mox, 3
si publice [h]) consuletur [i]), sacerdos civitatis; sin privatim, ipse pater familiae, precatus Deos, coelumque suspiciens, ter singulos tollit [k]), sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt [l]), nulla de eadem re in 4
eundem diem consultatio; sin permissum [m]), auspiciorum

e) *notis*] Inde Dithmarus probatum ivit, veteres Germanos eo tempore jam literarum notitiam habuisse. [*Notae* non literae seu runae erant, sed segmenta vel lineae vd. Rühs. p. 330. Contra Monio T. II. p. 354. sunt runae.]

f) *temere*] [Lectio Cod. Hummel. *tenent ac fort. sp.* Hummelio vera est visa, quam, quamvis ab idoneo sensu se commendet, tamen vulgatae non praetulerim.] *Temere* i. e. sine ordine, sine consilio, v. Sallust. Jug. 54, 6. ibique Cort. Cicer. Offic. I, 29. Tusc. Disp. I, 49. [Gifan. Observ. p. 476.]

g) *fortuitu*] [Edd. Spir. Kath. *fortuito.* Cum Ernestio et Passovio e Rom. et Nor. *fortuitu* praefero, vd. Goerenz. ad Cic. Fin. V, 11. Scheller. in Lex. major. Olivet. Ecl. Cic. p. 219. Heusing. et Gernhard. ad Cic. Off. I, 29., ubi exstat eadem formula *temere ac fortuitu.*]

h) *publice*] [I. e. publico nomine, opponitur *privatim*, vel *singuli* cap. 15, 5. Longol. ad Plin. Ep. X, 87, 1.

i) *consuletur.*] [Sic. Codd. et Edd., praeter Rom. *consoletur*, ante Rhenanum, qui citra necessitatem *consulatur* a Longolio receptum correxit. Muretus *consultatur*, multis, ut Broterio, injuria probatum. Vd. Passov. de usu verborum *consulere* et *consultare*, quorum illud solenne in rebus sacris.]

k) *ter singulos tollit*] [Orellius contra Gebaueri argutam explicationem (p. 1003) aliquid monens verba sic interpretatur: *Ter singulos tollit*, nil aliud est quam tres surculos tollit non simul quidem, sed unum post alterum, unde quadruplex augurium venire poterat, nam aut omnes vel ajebant vel prohibebant, aut duos ajentes, unum prohibentem, aut denique unum ajentem, duos prohibentes tollebat. — De trina sortitione apud Romanos vd. Tibull. I, 3, 10. *Illa sacras pueri sortes ter sustulit* — ibiq. Broukh.]

l) *si prohibuerunt*] [Suppl. *surculi*, non *Dii*, ut Moeser. Hist. Osnab. T. I. p. 51. Seebod. *prohibuerint*, male vd. Passov.]

m) *permissum*] Scil. est. Eleganter pro *permiserunt* per

5 ciorum adhuc fides [n]) exigitur. Et illud quidem etiam [o]) hic notum, avium voces volatusque interro-
6 gare [p]). Proprium gentis equorum [q]) quoque prae-
7 sagia [r]) ac monitus [s]) experiri [t]). Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi [u]), et nullo mortali opere [v]) contacti; quos pressos sacro curru [w]) sacer-

Hyperbaton verbi activi et passivi. Quid sit *paterfamiliae* docet Isidor. IX, 5.

n) *fides*] I. e. consensus cum veritate, infra cap. 39, 1. 45, 1., praecipue in auspiciis Cic. Offic. I, 7.

o) *et — etiam*] Pleonasmus particulae *und so gar* cap. 45, 8. Longol. ad Plin. Ep. X, 97, 6.

p) *avium voces volatusque interrogare*] [Hae aves praesagae, si spectaveris seriora tempora, quarum superstitione adhuc homines tenentur, corvi, cornices, cuculi, bubones, hirundines fuisse videntur vd. Rühs. p. 332 sq. De cultu avium apud Francos vd. Gregor. Turon. II, 10.]

q) *equorum*] Hi tam ob insignem usum quam ob docilitatem in maximo honore erant apud Germanos aliosque populos, [ut Persas Herodot. I, 189. VII, 55. Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 6. Annal. IV, 5, 35. Justin. I, 10. Praeter hos alios etiam vd. ap. Dithmar.]

r) *praesagia*] Cic. de Divinat. I, 31: *Sagire* est sentire acute, ex quo sagae anus, quia multum scire volunt, et sagaces dicti canes. Is igitur, qui ante *sagit*, quam oblata res est, dicitur *praesagire*, i. e. *futura ante sentire*.

s) *monitus*] Peculiariter haec vox usurpatur de Diis, qui oraculis, somniis, auguriis, portentis etc. voluntatem suam declarant. Locos in veteribus scriptoribus lectos diligenter notarunt Drakenborch. ad Silium Ital. [V, 117.] Arntzenius ad Plin. Paneg. [76. Duk. ad Flor. IV, 7. Bronkh. ad Tibull. I, 7, 56. Heins. ad Ovid. Met. XIII, 216. *Monitus fulminum* Tac. Hist. I, 3. *fatorum* 22. *Dei* IV, 81.]

t) *experiri*] Sic Flor. I, 5, 3. [Liv. I, 36. Ovid. Fast. IV, 814.]

u) *candidi*] Color albus equorum apud veteres in praecipuo honore fuit. [De albis equis Soli sacris apud Persas vd. Herod. II, 11. de albo curru Solis et Jovis Xen. Cyrop. VIII, 3, 6. Castor et Pollux candidis equis vecti dicuntur Flor. I, 11. ibiq. Freinsh. — *Iisdem nemoribus* i. e. sacris vd. cap. 9.]

v) *nullo mortali opere*] I. e. nullo hominum opere. *Mortales* pro *hominibus* saepe apud prosaicos scriptores. Vid. Cort. ad Sallust. Catil. 1, 5.

w) *pressos — curru*] Haec phrasis raro legitur. Ovidius qui-

sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspi- 8
cio major fides x), non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes; se enim ministros Deorum, illos conscios y) putant. Est et alia ob- 9
servatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum est, 10
captivum, quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt z): victoria hujus vel illius, pro praejudicio a) accipitur.

CAPUT XI.

dem Metam. I, 124. XII, 77. *pressi jugo*, at nullibi quam Metam. XIV, 819. *pressos temone — equos*, ubi J. F. Gronovius frustra legi vult *prensos*. [Ovid. Metam. VI, 223. VIII, 34. add. Passov. ad h. l. Infra cap 40. vd. vehiculum Nertho sacrum. — *Hinnitus ac fremitus* Edd. Spir. Kath. Put. Mon.]

x) *major fides*] Subintell. quam hinnitui ac fremitui equorum. Saepe enim comparatio supprimitur. V. Periz. ad Sanct. Min. II, 10, 2. Cort. ad Sallust. Cat. 16, 3. [*Non solum — sed* sc. *etiam* vd. not. ad cap. 15. *Sed* post *plebem* omisit Ed. Nor. vd. Pass.]

y) *conscios*] [» I. e. e quibus voluntas Deorum cognoscitur. « Heyn. ad Tib. I, 8, 3. *Conscius* absolute de eo usurpatur, qui arcanorum et occultorum consiliorum alius particeps est. Cf. Cornel. Nep. Miltiad. 3. Dion. 8 et 9. Suet. Calig. 58. Rupert. ad Juven. III, 49; a poetis de eo, cui Dii voluntatem suam declarant. Heyn. l. l. Dilthej. ad h. l. Mox *graviorum* pro *gravium* Longol., num ex conjectura, an errore operarum nescio.]

z) *ejus — committunt*] [*Bellum gerunt* Cod. Arund. e glossa, idem *cum aliquo electo, populorum* Ed. Paris., *patris* Ed. Mon., *quenque* Spir.] — *Committunt* i. e. ad decertandum mittunt. [De gladiatoribus, qui ad pugnam comparantur, usurpatur *componere* vd. Gifan. Observ. p. 74. Quinctil. II, 18. 33. vel *committere* Suet. Aug. 45; hinc *committere ludos* Calig. 18. Claud. 21. Gifan. Observ. p. 72.]

a) *praejudicio*] *Praej.* est omen, ex quo judicatur, quem eventum res habitura sit. Cic. in Caecil. 4. — *de quo non praejudicium, sed plane judicium jam factum putatur.* Sueton. Caes. 23. — *in praejudicium arreptus est.* Sic apud Ictos *praejudicium* hodie usurpatur. [Hinc certa-

Caput XI.

De consultationibus Germanorum, quae certis diebus, quanquam cunctanter convenirent, fieri solebant. Noctium numerum, non dierum, computant. Quomodo regis vel principis sententiam improbaverint vel laudaverint.

1 De minoribus rebus principes consultant, de majoribus [a]) omnes; ita tamen, ut ea quoque, quorum penes [b]) plebem arbitrium [c]) est, apud principes
2 pertractentur [d]). Coeunt, nisi quid fortuitum et subitum

mina singularia (Duelle) et Ordalia seu judicia Dei (Gottesurtheile), quibus medio praecipue aevo controversias publicas et privatas dijudicare solebant, originem cepisse videntur. Cf. Dithmar. ad cap. 7.]

a) *principes consultant, de majoribus*] [*Princeps consultat* Ed. Mon. I. e. de pace et bello, de foederibus paugendis, aliisque rebus ad universum civitatis statum pertinentibus. Quinam *principes* sint intelligendi, docet Barth. Hist. Germ. T. II. p. 414. sq. Tac. Hist. IV, 14. *primores gentis* dicit, infr. cap. 46. *proceres*, Ann. XI, 17. *nobiles*. Hist. V, 19. *senatores* Trevirorum, Caes. II, 28. Nerviorum, a principibus non differre videntur. Populus igitur constabat *principibus* (Edlen), genere, auctoritate, opibus, gloriaque majorum pollentibus, et *plebe* seu *vulgo* (Freien) vd. infr. cap. 13. Ann. I, 55. Hist. IV, 14.]

b) *penes*] *Penes* de potestate, *apud* de loco. Vid. Digest. Lib. L. de Verb. Signif. leg. 63. Duker. de Latin. Jurisc. [p. 207. Ed. Traj.]

c) *arbitrium*] Differt a *judicio*. *Arbitrium est ex aequo et justo, judicium ex lege.* Justiniani Institut. IV. Tit. 6. §. 30. 31. Cic. pro Roscio Comoed. 4 et 5. Senec. de Benefic. III, 7. Sigon. *Judex* ergo sententiam dicit secundum legem, *arbiter* vero judicat secundum aequitatem. [Cf. Heusing. ad Cic. de Off. III, 16, quod tamen discrimen huc nil facit. Fest. p. 253: *Arbiter est is, qui totius rei arbitrium habet et potestatem.* H. l. ita intelliges: de quibus penes plebem est potestas decernendi.]

d) *pertractentur*] [I. e. diligenter tractentur, reputentur res a populo confirmandae.] Muretus, Grotius, Acidalius et Boxhornius, judice Ernestio, magna cum veri specie corrigunt *praetractentur*, e Graeco προβουλεύεσθαι. Idem quoque placuit Conringio, Dith-

itum [e]) inciderit, certis diebus [f]), cum aut inchoatur
luna, aut impletur [g]); nam agendis rebus [h]) hoc au- 3
spicatissimum [i]) initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium [k]) computant. Sic constituunt, sic condicunt [l]): nox ducere diem [m]) vide-

maro [aliisque.] Nulla vero opus est emendatione. Nam verbum *praetractare* alibi apud scriptorem Romanum non reperitur, deinde omnes MSC. *pertractentur* habent, atque haec lectio bonum sensum parit: [cf. Gebauer. p. 165 sq.] Sic Cic. de Invent. II, 14. *diligenter et saepe pertractabit;* sic *perlegere librum, perscribere epistolam.* [Tac. de caus. corr. el. cap. 1, *pertr. quaestionem.*]

e) *subitum inciderit*] [*Incidit* Edd. Spir. Kath. aliaeque ap. Pass.] *Subitum* i. e. quidquid praeter opinionem supervenerit. Plaut. Curcul. II, 3, 4. *subito, propere et celere.* Cic. pro Fontejo 15. *subito et improvisum.* [Orat. I, 33. *subita et fortuita oratio.* Tac. de caus. corr. el. cap. 10. *fortuita et subita dictio.* Plin. Ep. I, 13. *subitus et inopinatus.*]

f) *certis diebus*] [»Et quidem ante meridiem.« Orell.]

g) *impletur*] Idem tradit Caes. B. G. I, 50, 5. et Plin. H. N. XVI, 44. XXIV, 4.

h) *agendis rebus*] Est casus tertius, pro *ad agendas res.* Locutio Latinis valde familiaris v. Periz. ad Sanct. IV, 4, 9 et 12.

i) *auspicatissimum*] Quaedam [Edd. Spir. Kath. Rom.] *auspicacissimum*, sicuti *perspicax*, *perspicacissimum*, [quod Passovio in not. placuit, quanquam *auspicax*, etiam si legeretur apud scriptores Romanos, ob notionem aliorum Adjectivorum in *ax* terminatorum vix commodum sensum efficeret.] MSC. Longol. *auspicissimum*, culpa scribae syllabam *at* omittentis. Lectio vera est *auspicatissimum* [i. e. optimis auspiciis factum. Quinctil. X, 1. *auspicatissimum exordium.*]

k) *nec dierum — noctium computant*] *Computent* Ed. Mon. Mos dies a nocte numerandi, etiam multis Orientis populis, ut Hebraeis Arabibusque, et Atheniensibus (Macrob. Saturn. I, 3.) proprius, apud Germanos, Anglos et gentes septentrionales viguit, cujus hodie vestigia in institutis et dicendi formulis supersunt, ut *Weihnachten*, *Fastnacht*, apud Anglos *sennight* et *fortnight* pro 8 et 14. diebus. Sic in Leg. Salic. Tit. XLVIII. *inter decem noctes.* Cf. Legg. Alemann. Tit. XXXVI. leg. 2. laudat. infr. cp. 12. p. 57. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 325. Scherz. Glossar. German. med. aev. s. v. *Nacht.* Monius T. II. p. 108.]

l) *sic — condicunt*] [*Constituere* et *condicere* h. l. sunt

4 videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec ut jussi n) conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium o) absumitur. Ut turbae
5 placuit, considunt armati p). Silentium per sacerdotes, quibus tum q) et coercendi r) jus est, imperatur

vocabula forensia, quorum alterum, si *diem* suppleveris (cf. Cort. ad Sall. Jug. 66. Beier. ad Cic. de Offic. I, 10.), significat *de certo tempore convenire*, alterum *denuntiare se praesto fore in judicio.* Vd. Gronov. Observ. p. 12. sq. de utroque, de v. *condicere* Duker. de Latin. Jurisc. p. 307. Ed. Traj.]

m) *ducere diem*] Idem quod apud Caes. B. G. VI, 18, 2. *ut noctem dies subsequatur.*

n) *nec ut jussi*] [*Nec jussi* optt. Edd. Spirens. Kathar. Aldin. Longolius etc., qui explicuit: nec dum, cum jubentur, Gebauer.: etiamsi jussi fuerint.] Est Hyperbaton verbi et participii. MSC. Longolii [et Ed. Norimb.] *nec injussi*, i. e. non nisi jussi, quasi sua sponte eos convenire oporteret publicae salutis caussa. Cod. Bamberg. *nec jussu.* [Cod. Arundel. *ut jussu*, sicque Passovius, qui tamen in Praef. p. XVII. praefert *ut jussi*, add. Gebauer. p. 30. Gronov. ita explicat lectiones *ut jussu — ut jussi*: non tanquam ex lege et imperio, ut ad diem edictum religiosa observatione occurrant; non quasi parentes imperio indicentis vel indicentium, sed velut commodo et arbitrio suo.] Lips. et Gron. approbante Ernestio, et astipulante MSC. Hummel. [Edd. Vienn. Paris.] *nec ut jussi: in* enim ortum esse ex *ut*, Tacitumque vestigia pressisse Virgil. Aen. III, 236. *haud secus ac jussi faciunt.*

o) *coeuntium*] Cod. Longol. et Ed. Norim. *coetium*, quod quidem nec fando auditum. Quid si pro *coetuum*, cum *i* et *u* alibrariis saepius fuerint permutata. — Hoc vero a *coeundo*; ut recte judicat Isidor. VI, 16. [Mox pro *turbae* Gronovius *turba* conj., quod Ern. et Bredovius receperunt: »postquam satis frequentes convenisse sibi visi sunt,« qua explicatione jure Passov., vulgatam tuenti, vis Tacito inferri est visa.]

p) *armati*] [*Conveniunt armati* Cod. Arund. In Ed. Paris. interpungitur: *absumitur, turbae placuit. Considunt* — probante Hummel.] Vid. cap. 13, [et cp. 22.]; quia Germani erant natio bellicosa.

q) *tum*] *Tamen* sine scribendi compendio MSC. Longol. [Edd. Nor. Paris. Long.], unde emergit hic sensus: sacerdotibus quoque coercendi jus esse. Non enim *tum*, quod quidam malunt, et in optt. Editt. invenitur, sed *in universum et semper* sacer-

tur r). Mox rex vel princeps, prout aetas cui- 6
que, prout decus bellorum t), prout facundia est, audiuntur, auctoritate u) suadendi potius, quam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu v) aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt w). Honoratissimum assensus genus est, armis laudare x).

dotes jus habuere coercendi, quod constat ex cap. 7, 2. [*Tum* est vera lectio: tum, cum consedit turba, sacerdotes habent jus coercendi, nec diutius.]

r) *coercendi*] Scil. poena. Suet. Aug. 40. — *multiplici poena coercito ambitu.*

s) *imperatur*] *Imperare* plus est quam *jubere* Terent. Eunuch. I, 3, 97. *jubeo, cogo atque impero.*

t) *prout — bellorum*] Saepius repetitur, more Taciti, uti cap. 7, 1. *si*, 7, 5. *hi*, 10, 8. *apud.* [*Decus bellorum* i. q. laus rerum gestarum, gloria belli. Hist. III, 8. *decus belli.* — *Deus* Ed. Paris.]

u) *auctoritate*] Cort. ad Sallust. Jug. 30, 2. — *cujus auctoritate et consiliis factum est.*

v) *fremitu*] [Tac. Hist. III, 10. — *fremitu et clamore aspernari.* Contra Agric. 33. *Excepere orationem alacres et barbari moris cantu et fremitu clamoribusque dissonis.*]

w) *frameas concutiunt*] [Frameas et scuta concutiunt. Tac. Hist. V, 17. *Ubi sono armorum tripudiisque (ita illis mos) approbata sunt dicta* (sc. Civilis) etc. De Gallis haec Caes. B. G. VII, 21. *Conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat, quod facere in eo consueverunt, cujus dicta approbant.*]

x) *armis laudare*] [I. e. armis collisis sententiam approbare. Gronov.: in honorem alicujus collisis armis sonitum edere.]

Caput XI.

Caput XII.

Distinctio poenarum ex delicto: diversae proditorum, transfugarum, ignavorum. Multae ob leviora delicta. Principibus juri dicundo electis centeni comites adduntur.

1 Licet apud concilium accusare quoque, et discrimen capitis intendere a). Distinctio poenarum ex
2 delicto. Proditores et transfugas arboribus suspendunt: ignavos b), et imbelles c), et corpore infames d), coeno ac palude, injecta insuper crate e), mer-

a) *discrimen capitis intendere*] I. e. actionem de vita et nece contra aliquem instituere. Sueton. Domit. 8. — *adulterii crimen intenderat.* Vitell. 7. — *injuriarum formulam intendisset.* [Cic. pr. Milon. cap. 14. *actionem perduellionis alicui intendere.* Or. I, 10. *litem.* Liv. IX, 26. *crimen in aliquem.* — Mox pro *delicto* Edd. Kath. Mon. *dilecto.*]

b) *ignavos*] I. e. qui rem suam negligenter tractant nihilque praeclari gerere student. *Ignavi* opponuntur *strenuis* Veget. I, 2. [Sall. Cat. 58, 1.] *fortibus* Tac. Hist. IV, 29. Sall. Cat. 12, 5. Gell. VI, 1. 4. Conjunguntur cum *timidis* Cic. Tusc. Disp. II, 23. et *imbellibus* Liv. XXVI, 2. Agricol. 15, 2. A. Gell. V, 5, 5. Macrob. Sat. II, 2. [Cic. de Inv. II, 54. *ignaviam fortitudini* contrariam esse dicit.]

c) *imbelles*] I. e. ad bellum ineptos, minus bellicosos. Suet. Caes. 7 et 36. Tac. Hist. IV, 33. Annal. III, 46, 4. XI, 18, 2. Gell. IV, 8, 4. Notandum vero, *ignavos et imbelles* hoc loco per Hendiadyn significare in militia ignavos, in Kriegsdiensten lässige. Consentit Gebauer. [p. 639. Rectius *imbelles* sunt militiam detrectantes. Barth. Hist. Germ. II. p. 425. intelligit eos, qui, ut militiae se subtraherent, corpus truncarent. Infra cap. 31 de Chattis haec narrantur: *Ignavis et imbellibus manet squalor.*]

d) *corpore infames*] *Corpore infames* sunt, qui corpore suo adeo abutebantur, ut illud flagitiis et vitiis contaminarent. [Vix satis accurate. Non erat, cur interpretes tantopere sudarent in his verbis explicandis, ut Lipsius, qui *torpore infames*, et Gebauerus fuse de h. l. p. 643 — 718. disputans, qui *corpore informes* conjecit, ne alios laudem de sensu mirum quantum laborantes. Quosnam Noster intel-

mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tan- 3
quam scelera f) ostendi oporteat, dum puniuntur,
flagitia abscondi. Sed et levioribus delictis g), pro 4
modo poenarum h), equorum pecorumque i) numero
con-

lexerit *corpore infames* vd. Ann. I, 73. XV, 49. Adde Cic. Verr. IV, 9. Quinct. IV, 2, 79. Majores igitur nostri purgari nequeunt vitio Veneris aversae, a Romanis, forsitan etiam e Gallia (cf. de Celtis Diod. Sic. V, 32. c. not. Wessel.) in Germaniam propagato, (vd. Lips. Excurs. in Tac. Ed. Oberlin. T. II. p. 830.), cujus Sext. Empir. Hypot. III, 24. diserte eos insimulat: παρὰ Γερμανοῖς δὲ, ὥς φασιν, οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' ὥς ἕν τι τῶν συνήθων. Cui contradicit Quinct. Decl. III, 16. *Nil tale novere Germani et sanctius apud Oceanum vivitur.*]

e) *crate*] I. e. quidquid ex viminibus contextum est. De hoc supplicii genere [apud Romanos] Liv. I, 51. [IV, 50., apud Carthaginienses] Plaut. Poen. V, 2, 65.

f) *scelera — flagitia*] [*Scelus* est omne facinus nefarium, atrox, consulto, vi aut malitia, in alios commissum, ut caedes, rapinae, proditio cf. Cic. pr. Rosc. Am. cap. 27. 40. Heusing. in Catil. I, 6. 7; *flagitium* est omne peccatum et levius delictum nequitia aut libidine commissum, ut impudicitia, ebrietas, ignavia, Cort. ad Sall. Catil. cap. 23. Schütz. Lex. Cicer. s. v. Cic. de Sen. cp. 12. Ter. Ad. I, 2, 21. Liv. XXXIX, 16. nec raro utrumque jungi solet Tac. Ann. XIII, 47. Cic. Ep. ad Div. IX, 3. pr. Rosc. Am. cap. 9. Erat *flagitium* proprie vox militaris, usurpata si quis cum dedecore arma abjecisset, exercitum deseruisset, vd. Bos. ad Corn. Nepot. Hamil. 1. et in Indic. supr. cap. 6.]

g) *levioribus delictis*] Est casus sextus, omissa praepositione *in*. [Non necesse est, ut *in* suppleamus, quia *convincere* triplici modo construitur: cum Genitivo Cic. in Verr. V, 33, cum praep. *in* et Ablat. Suet. Claud. 13. not. Ern., cum simpl. Ablativo Suet. Neron. 31. Seyffert. Gramm. lat. T. III. §. 2034.]

h) *pro modo poenarum*] Sic clare in MSC. Longol. [et omnibus libris]. Frustra Acidalium secutus Ernestius [aliique] *pro modo, poena.* Sensus est: poena leviorum delictorum in eo consistit, ut certo pecorum vel equorum numero multentur, uti cap. 21, 2. Vid. Gebauer. [p. 732.]

i) *equorum pecorumque*] Sapienter admodum, Germanis enim pecora solae et gratissimae opes erant cap. 5, 3. [Cf. Broter. Tacit. T. VI. p. 209. de his poenis in Legg. vett. Germanor. constitutis. Nec Romanis anti-

5 convicti multantur k). Pars multae regi, vel civitati; pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis ex-
6 solvitur l). Eliguntur in iisdem conciliis et principes, qui jura per pagos vicosque m) reddunt n) Centeni singulis ex plebe comites o), consilium simul et auctoritas p), adsunt.

Caput XIII.

quioribus inusitatum, pecore multare cf. Plin. H. N. XVIII, 3. XXX, 1. A. Gell. XI, 1. Levioribus delictis annumerabant homicidium, et ipsum pecore luendum cf. infra cap. 21.]

k) *multantur*] [*Mulctantur* et *mulctae* Passov. Dilthej., illud rectius, quod lapidum est et vett. libror. Grotefd. Gr. lat. T. II. §. 182. De hoc verbo vd. Tursellin. de partic. ling. lat. p. 400. Duk. ad Flor. II, 14. — *Multa* in Lege Salica passim appellatur *fredum* i. e. pax.]

l) *ipsi — propinquis exsolvitur*] [*Exolvitur* Ed. Spir. ut cap. 24 *exolvant.*] Visum enim est Germanis aequum, ut ei, qui damnum passus erat, satis fieret, quod medio aevo Werigeldum nominabatur. [Rotharis Legg. §. 9. *Ipse qui accusaverit et probare non potuerit, componat guidrigild suum medietatem regi, et medietatem ei, cui crimen injecerit.*]

m) *conciliis — per pagos vicosque*] [*Consiliis*, ut supr. cap. 6. *consilium* et infr. cap. 13. *consilio* Ed. Mon., de qua confusione satis frequenti vd. Drakenb. ad Sil. XI, 71. Burm. ad Ovid. Met. I, 167. *Pagus* (Gau) denotat modo majorem, modo minorem regionem, in qua singulae nationes habitabant, quae vel a flumine, vel a monte aliave re nomen accepit, *Sundgau — Rheingau — Wasgau* cf. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 378. Caes. B. G. I, 12. *Is pagus* (Canton) *appellabatur Tigurinus: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.* *Suevi* centum pagos insederunt ib. I, 37. IV, 1. *Semnones* totidem Tac. Germ. cap. 39. De *vicis* cf. infr. cap. 16. Chattorum civitatem etiam in pagos vicosque divisam fuisse docet Ann. I, 56. Add. F. C. H. Krus. Archiv. f. alte Geogr. etc. Fasc. 2. p. 44. sq.]

n) *reddunt*] Ernestius contra MSC. malit *reddant*, [quod ideo cum Passovio improbo, quia Tacitus de principibus ad jus reddendum eligendis, ut de re certa sibique satis nota, loquitur. Caes. B. G. VI, 23. *In pace est nullus communis magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt, controversiasque minuunt.* — In Codd. Arund. et Bamberg. legitur: *qui vita per pagos vicosque excellunt.*]

o) *centeni singulis ex plebe comites.*] [Locus a VV. DD. di-

Caput XIII.

Quando et quonam ritu juvenes arma sumpserint. Comitatus nobilium et gradus. Principi numerus ac virtus comitatus non solum in sua gente, sed etiam apud exteros gloriam comparat.

Nihil autem neque publicae neque privatae rei, 1
nisi armati a) agunt. Sed b) arma sumere non ante cui-

verse illustratus et conjecturis futilibus vexatus, quas post Gebauer. p. 589 sq. denuo examinare supersedeo, a quo tamen, quod vocem *centeni* pr. glossemate habet, vel *duodeni* ei substitui vult, prorsus dissentio. Sunt, qui nomen *centenorum* e lingua vernacula repetentes interpretentur *Zentner*, quod vel ut Barth. T. II. p. 419 sq. cum Schilter. Prax. Jur. VI. §. 7 et 11. a denario numero ducunt, ut praepositum decem familiis, vel ut idem Barth. c. Longol. a *Cent — Zent* i. e. multitudine congregata, ut illius sententia praefectum tractui — regioni designet; argutius quam verius. Eorum potius sententiae subscribo, qui voc. *centeni* e latina lingua interpretantur, cum Germani numeri centenarii singularem quandam rationem habuisse videantur (cf. cap. 6, 8. hoc cap. not. m. et Caes. B. G. II, 28.), cumque medio etiam aevo hujus instituti vestigia appareant, in cujus tamen cum hic laudato comparatione ob rerum statum valde mutatum caute est versandum. Cf. Legg. Alemann. Tit. XXVI. leg. 1. Ib. leg. 2. *Ipsum placitum fiat de sabbato in sabbatum, aut quali die Comes, aut Centenarius voluerit, a septem in septem noctes, quando pax parva est in provincia: quando autem melior est, post* XIV. *noctes fiat conventus in omni Centena* (de quo voc. cf. Dufresn. Glossar.), *sicut superius diximus.* Capitular. Carol. Magn. IV, 26. *Controversia coram Centenario definiri potest, excepta redditione terrae et mancipiorum, quae non nisi coram Comite fieri potest.* Verisimile est, pagum centum vicis constitisse, in pago principem (*Gaugraf, Gaurichter*), in vico comitem jus dixisse. Apud Anglos judicia, quae *hundred courts* cf. Monius T. II. p. 356., et descriptio Comitatuum in pagos, quos *hundred* vocant, Germanicam originem referunt vid. Barth. l. l.]

p) *consilium simul et auctoritas*] I. e. consiliarii — auctores.

a) *armati*] Id Tacito insolens visum, cum Romae tempore pacis nemo telo aut gladio cinctus incederet. Germani vero nunquam non arma secum portabant, praesertim in regionibus finitimis Romanorum, cap. 11 et 22. [Germanis nil carius sanctiusque armis v. capp. 6. 18. 24. 27. 32. Hist. IV, 64. se ipsi vocant *viros ad arma natos.* Senec. de Ira

cuiquam moris, quam civitas suffecturum c) probaverit d). Tum e) in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater f), vel propinquus, scuto frameaque g) juvenem ornant h). Haec apud illos toga i), hic

I, 11. vid. supra cap. 4. Inde in Leg. Salic. Tit. XLVII. leg. 1. *In ipso Mallo* (i. e. conventu judiciali judices) *scutum habere debent.* De more armorum gestandorum apud priscos Graecos v. Thucyd. I,5 et 6. De concilio armato Gallorum cf. Liv. XXI, 20. Caes. B. G. V, 86. VI, 21.]

b) *sed*] Habet vim particulae continuativae: [de qua Cort. ad Sall. Cat. 43, 2; h. l. tamen potius exceptivae.]

c) *suffecturum*] Cur Ernestius *civitati se maturum* malit, nullas reddit rationes. Est Synezeugmenon, scil. armis gerendis. Nam Tacitus brevitati studet.

d) *probaverit*] I. e. examinaverit, num ad militiam idoneus sit. Suet. Caes. 65. Veget. I, 5. [Vix ante annum vicesimum. vd. Caes. B. G. VI, 21. Liutprand. Legg. IV. p. 55. Murat. *In nono decimo anno homini Longobardo sit legitima aetas.*]

e) *tum*] Quidam, in quibus MSC. Longol., *cum*, facili et frequente confusione. Alii post *tum* addunt *eum*, quod sequens *juvenem* non patitur. Quare Ernestius recte conjicit, *eum* ex *cum* natum esse. [Vett. Edd., ut Spir. Kath., *tum eum*, quod cum Passov. et Dilthejo non male h. l. quadrare censeo: Tum eum (antea inter pueros habitum) jam juvenem judicatum ornant.]

f) *vel pater*] Cod. Longol. Ed. Nor. exhibent vel *ipsi*, scil. *cives*, qui in praecedenti *civitas* latent, plane ut apud Sallust. Cat. 5, 8. *civitatis — quos* Cort. Sic apud Suet. Calig. 48. *vocatos*, ut in melioribus libris, scil. *milites*, qui in *legionibus* sunt.

g) *scuto frameaque*] [Vd. cap. 6. Ex hac prisca Germanorum consuetudine mos, qui obtinebat medio aevo, milites Equitesve, gladio tradito, creandi originem traxisse videtur. Cf. in Dufresn. Glossar. T. I. p. 118. Lambert. Ardens.: *Eidem comiti in signum militiae gladium lateri et calcaria sui militis adaptavit et alapam collo ejus inflixit.* Dithm. ad h. l. Audoinus, Langobardorum rex, qui cum filio suo Alboino, victoriae e Gepidis relatae participe, prandere nollet, *scitis enim*, inquit, *non esse apud nos consuetudinem, ut regis filius cum patre prandeat, nisi prius a rege gentis exterae arma susceperit.* Paul. Diacon. I, 23.]

h) *ornant*] I. e. armant. Suet. Caes. 67. Ovid. Heroid. 9, 103. [Vd. infra cp. 38. not. l.] A vett. Germanis juvenes bene ad bellum praeparatos esse, testatur Senec. de Ira I, 11. [Ep. 36. — *si in Germania* (natus esset), *protinus puer tenerum hastile vibraret.*]

hic primus juventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae. Insignis nobilitas[k]), aut 4
magna patrum merita, principis dignationem [l]) etiam

i) *haec* — *toga*] Longol. MSC. *nec* — *toga*, quod egregie convenit cum cap. 6, 3. *nudi aut sagulo leves*, notum quoque est, Germanos belli amantissimos non habuisse *togam*, pacis vestimentum. Enimvero vulgatum *haec* — *toga*, quod multo melius, significat: apud Germanos scutum frameamque signum esse aetatis virilis, sicut apud Romanos *togam*. Antequam Germani robustiores facti essent, armis uti eis haud licuit, et apud Romanos pueri praetexta induebantur. [Romani adolescentes usque ad annum XVII, qua aetate militari ab antiquis dicta, ad viros toga virili (seu libera, seu pura) sumta transibant vitamque civilem auspicabantur. Quam solennis hic actus (tirocinium ponere eum vocabant) fuerit vd. apud Nieuport. rit. Roman. p. 367. Ed. XIV. Plin. Epist. I, 9. X, 117. ibiq. interpr. Juvenes Germani, ante hoc pars domus et a servis non discreti cf. cap. 19, simul ac scuto frameaque essent ornati, patria potestate exemti rempublicam capessebant, conciliis interesse honoresque et munera adipisci poterant.]

k) *nobilitate*] Nihil enim aequius est, quam filios posterosque eorum, quorum merita in patriam insignia fuere, quique adeo vitam pro illius gloria posuere, aliis praeferri.

l) *principis dignationem*] [*Principum* Ed. Mon. *Principiis* Kath. Duplici explicationi hic locus obnoxius est. Alii *dignationem* sensu transitivo accipiunt, quo apud optimos scriptores legitur Liv. X, 7. Suet. Calig. cap. 24. Justin. XXVIII, 4. Plin. Paneg. cap. 47, ut Longolius et Orellius, qui locum ita explicat: »Ubi scilicet juvenis ortus ex plebe, vel ex proceribus quoque, haud tamen insigni nobilitate aut eximio aliquo merito conspicuis scuto frameaque ornatus fuerat, non ideo statim a principe robustioribus ac jam pridem probatis aggregabatur, sed tali honore tantummodo post egregium aliquod facinus patratum affici solebat; quum vero adolescentulus, qui modo posuerat tirocinium, nobilitate aut magnis patrum meritis sese commendaret, princeps nulla jam mora interposita dignabatur eum recipere inter ceteros comites quamvis robustiores.« Alia eaque maxima pars interpretum, ut Broterius et Hartmann. Observ. P. I. p. 17., *dignationem* sensu dignitatis sumunt, quo apud Tacit. saepius invenitur Ann. IV, 16. III, 75. Hist. III, 80. Liv. II, 16. *venire in principum dignationem* ibiq. Drakenb., ut sit *Fürstenwürde;* sed Barth.

5 etiam adolescentulis assignant; ceteris [m]) robustiori-
6 bus ac jam pridem probatis aggregantur [n]). Nec
rubor inter comites aspici [o]). Gradus quin etiam et
ipse comitatus [p]) habet, judicio ejus, quem sectantur.

Hist. Germ. T. II. p. 443. *Fürstenachtung*, notione ambigua. Jam lubet Passovii brevem, mihi prae aliis probatam interpretationem, quanquam locum non omnino expediat, apponere: » Assignabant adolescentulo nobili dignitatem patris, non statim tradebant: poterant enim vel patre superstite filio principatum promittere. De pudore vero illo inter comites aspici, ne sermo quidem poterat esse, nisi de futuro principe loquutus sit Tacit. Comites enim nobiles fuisse, Tacit. ipse non sinit dubitare cap. seq. « Gebauer. p. 93 — 160. verbosius de Comitatu Principum Germanicorum disseruit, Barth. l. l. p. 437 sq.]

m) *ceteris*] Ernestius [cum aliis Gebaueroque p. 99. amplexus est conjecturam Lipsii] *ceteri.* Sine idonea causa. Sensus est: adolescentes nobiles aggregatos esse ceteris comitibus principis, jam aetate robustioribus, qui multis virtutis speciminibus editis principi probati sunt.

n) *aggregantur*] Quibusdam placet *aggregant* [in vet. libr. apud Lips.], quia non attendebant Hyperbaton, quo activum *assignant* et passivum *aggregantur* conjunguntur, sicut cp. 10, *prohibuerunt* — *permissum*, et alibi.

o) *rubor — aspici*] Bene Ernestius, quod sine libris istud non mutat in *rubori.* [Nominativi pro Dativo (vd. Ern. ad Ann. XI, 17.) rarioris, at Tacito in hac constructione frequentati Ann. VI, 29. XII, 40. Hist. I, 15. IV, 39. vd. Walther. Observ. in Tac. p. 11, exempla offerunt Ovid. Art. Am. III, 203. *Nec pudor est* etc. Liv. XL, 27. — *quantus pudor esset* — Ovid. Art. Am. III, 167. *Nec rubor est* etc. Passovius commate ante *Nec* distinguens verba ad adolescentulos refert, idque bene alii, ut Dilthejus, puncto discernentes ad adolescentulos et robustiores referunt. *Aspici* i. q. conspici Tacit. passim Ann. I, 16. II, 24. Agricol. 29.]

p) *quin etiam et ipse comitatus*] *Et* omissum est in Edd. Spir. Kath. aliisq. ap. Passov. Caes. B. G. VI, 23. *Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit, se ducem fore; qui sequi velint profiteantur; consurgunt ii, qui et causam et hominem probant, suumque auxilium pollicentur atque ab multitudine collaudantur: qui ex iis secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur omniumque iis rerum postea fides derogatur.* Comites a Tacito etiam *clientes* dicuntur Ann. I, 57. Segestis;

tur. Magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus; et principum, cui plurimi et acerrimi comites. Haec dignitas, hae 7
vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari q), in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates, id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. Expetuntur etiam legationibus, et muneribus r) ornantur, et ipsa plerumque fama bella profligant s).

CAPUT XIV.

II, 45. Inguiomeri; XII, 39. Vannii. Apud Ammian. Marcell. XVI, 12. laudantur satellites comitesque Chnodomarii, regis Alemannorum. Polyb. II, 17. de Gallis in Italia (Bojis, Senonibus, Lingonibus etc.): Περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας μεγίστην σπȣδὴν ἐποιȣ̃ντο, διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι παρ' αὐτοῖς τȣ̃τον, ὃς ἂν πλείστȣς ἔχειν δοκῇ τȣ̀ς θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένȣς αὐτῷ. Laudandus est imprimis Caesar, qui pluribus locis de his sodalitatibus Gallorum, quibus cum Germanorum magna intercedit similitudo, uberibus scripsit. B. G. III, 22. — *Adcantuannus, qui summam imperii tenebat, cum sexcentis devotis, quos illi soldurios* (de etym. vd. interpr. ad Caes. Gebauer. p. 149.) *appellant, quorum haec est conditio, uti omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint; si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cujus amicitiae se devovissent, mortem recusaret; cum his Adcantuannus, eruptionem facere conatus* etc. VI, 15. (Equitum) *ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habent.* VII, 40. *Litavicus cum suis clientibus, quibus more Gallorum nefas est, etiam in extrema fortuna deserere patronos, Gergoviam profugit.* VI, 30. comites familiaresque Ambiorigis memorantur.]

q) *magno — circumdari*] [*Magno semper et* Ed. Nor. *Circundari* Spir. ut cap. 16. *circundat.* Mox *cuique* omisit Nor.]

r) *muneribus*] *Munus est proprie donum officii causa datum.* Festus. [Vd. cap. 5. De discrimine inter *munus* et *donum* vd. Duker. de Latin. Juriscons. p. 39 sq. Ed. Traj.]

s) *profligant*] I. e. ad finem perducunt v. Flor. II, 15. [Duk.]

CAPUT XIV.

In proeliis princeps et comites virtute se vincere certant, ita ut illi pro gloria, hi pro principe pugnent. Nobiles juvenes cupidine belli tracti nationes bellum aliquod gerentes ultro petunt. Bellis magnum comitatum tuentur principes. Germani bello magis quam agriculturae student.

1 Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui, virtutem principis non adaequare [a]).
2 Jam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse [b]).
3 Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae ejus assignare, praecipuum [c]) sacramentum [d]) est. Prin-

Tacit. Hist. II, 4. [Lips.] Liv. III, 2, 3. [De formula *proelia profligare* vd. Tac. Ann. XIV, 46. Reitz. de Ambiguis etc. p. 463 sq. Kellmann. in Nolten. Lex. antib. T. I. p. 2152. A. Gellius XV, 5., a Gifanio Observ. p. 390. exscriptus, ob ea quae de verbo *profligare* ineptius scripsit, a Lipsio l. l. aliisque VV. DD. est refutatus. — *Plerunque* Ed. Spir., in qua passim mala scriptura *quenque* — *quencunque* — *quanvis*.]

a) *adaequare*] Tacit. Ann. XII, 60. extr. *adaequaverat*. [II, 73. XV, 19. Caes. B. G. V, 8. VI, 12. B. C. II, 16. *se adaequare alicui virtute* Sall. Jug. 4. Sueton. Domit. 2.] Non est igitur, quod MSC. Hummel. et Long. [Edd. Nor. Vienn. Rhen. recc. omn.] *adaequare* commutes cum *aequare*, quod Ed. Lips. 1509 dedit, et aliae Editt. habent, teste Ernestio. [Edd. Spir. Kath. Put. Mon.]

b) *superstitem — ex acie recessisse*] [*Superstite principe suo* Cod. Hummel. Ammian. Marcell. XVI, 12. *Quibus visis* (Chnodomarius rex Alemannorum) *compulsus ad ultimos metus, ultro se dedit, solus egressus: comitesque ejus ducenti numero, et tres amici junctissimi, flagitium arbitrati post regem vivere, vel pro rege non mori, si ita tulerit casus, tradidere se vinciendos*. Cf. Caes. locc. in cap. antecedent., et supr. cap. 6.]

c) *praecipuum*] Quod cum Ernestio praetulerim antiqui libri [ap. Lips. Edd. Spir. Put. Mon.] *principum*, pro quo MSC. Longol. Hummel. *praecipuum*, [quod bene tuetur Passovius cum optt. Edd. et Codd.]

d) *sacramentum*] A v. *sacer*, uti

Principes pro victoria pugnant, comites pro principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et 4
otio torpeat; plerique nobilium adolescentium petunt ultro [e]) eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt; quia et ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescant, magnumque comitatum non nisi vi bellorum tueare [f]) exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum [g]), illam cruentam

a *teste testamentum*, a *jure juramentum*. Varro IV, 36. Fest. et Paull. h. v. *quod jurisjurandi sacratione interposita geritur.* Inde *sacramentum Christianorum* apud Isidor. Orig. VI, 10. [Sacramentum saepissime pro jurejurando militari usurpatur Tac. Ann. I, 42. XV, 67. Oberlin. in Indic. ad Caes. Suet. Tib. 8. Respicit Tacitus ad sacramentum Romanum, cujus plura capita erant vd. Brisson. de Formul. p. 337. Ed. Mogunt. Lips. ad Tac. Ann. XV, 67.]

e) *torpeat — ultro*] [*Adolescentum* Edd. Put. Nor. contra morem Taciti Ann. I, 46. IV, 17. Hist. II, 62.] *Ultro* i. e. non requisiti. MSC. Longol. [Ed. Norim.) *ultra*, male. [De usu vv. *torpere*, *torpescere*, *torpor* (infra cap. 46.) et *torpedo* inspice Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 61. Cort. ad Sall. Catil. 16. Jug. 2. Tac. Hist. I, 71. II, 76.]

f) *clarescant — tueare*] [*Clarescunt* Cod. Hummel. Edd. Nor. Rhenan. Ernestius, Longolius quod cum optt. Codd. et Edd. rejicio pro *clarescant*, cujus Conjunct. exempl. vd. cap. 36. — *quia inter impotentes et validos falso quiescas. Tueantur*, quam lectionem a Lipsio e Cod. prolatam, etiam in Ed. Nor. repertam Rhen. Bip. et Oberlinus sunt secuti, jure Gronovius aspernatus est pro *tueare*, quod male in Ed. Rom. *tuare* scriptum. Tac. Hist. I, 1. *Sed ambitionem scriptoris facile adverseris.* Ann. II, 30. — *inerant et alia hujuscemodi, stolida, vana: si mollius acciperes, miseranda.* III, 54. *Atqui ne morbos quidem veteres — coerceas.* VI, 8. — *abditos Principis sensus et siquid occultius parat, exquirere, illicitum, anceps: nec ideo assequare.* — *Tueri* i. q. alere, sustentare vd. Tac. Ann. III, 54. Heusing. ad Cic. Off. I, 4. Bos. in Ind. ad Corn. Nepot.]

g) *equum bellatorem*] [Est equus ad belli labores cum sessore fortiter tolerandos idoneus, acer, generosus, obsequio, robore, velocitate praestans, ut Gebauer. p. 133. explicat. Proxime ad poeticum dicendi genus accedit, si alterum Substantivum vi Adjectivi juxta alterum ponitur; v. Cort. ad Sall. Jug. 64. Vechner. Helle-

5 tam victricemque frameam. Nam epulae et con-
victus, quanquam incompti [h]), largi tamen appa-
ratus, pro stipendio [i]) cedunt [k]). Materia munifi-
6 centiae per bella et raptus [l]). Nec arare [m]) terram,
aut

nol. p. 190. Bentlej. ad Hor. Od. IV, 9, 39.; sicque a potissima utilissimaque muneris sui parte animalia a poetis denominantur: *equus bellator* Virg. Georg. II, 145., *taurus bellator* Stat. Theb. XII, 603., *canis venator* Virg. Aen. XII, 751. cf. Broukh. ad Tibull. I, 11, 46.]

h) *incompti*] I. e. haud delicatius instructi et praeparati. Germani enim parum curabant delicatos et sapidos cibos, sed magis ipsis placebat multitudo ciborum et frustorum magnitudo. Paullo ante quidam male intruferunt *convictus* contra MSC. Longol. et Hummel. [Male omittunt Edd. Spir. Kathar. Rhenan. Gronov. Longol. Oberlin. etc., cum Pichena tuentur Bip. Passovius, qui verba *incompti et largi apparatus* Genitivo posita interpretantur.]

i) *stipendio*] Veteres non habuere aes signatum, sed rude, ideoque appendebatur. [Cf. Voss. Etym. L. L. p. 493.] Plin. Hist. Nat. XXXIII, 3. *Stipendiorum, hoc est, stipis ponderandae pensatores, libripendes dicuntur.* Inde *stipendium* est appensum aurum vel argentum. Hoc loco est salarium.

k) *cedunt*] [*Caedunt* Edd. Spir. Kath.] I. e contingunt iis, ipsis dantur. Horat. Od. III, 20, 7. [Sat. II, 2. 134. Virg. Aen. III, 333.]

l) *munificentiae — raptus*] Plus est quam *liberalitas.* Cic. pro Roscio Comoed. 8. — *semper liberalissimus munificentissimusque fuit.* [*Liberalitas* est studium aliorum commodis aut largitione aut officiis inserviendi, non habita ratione fructus inde redundandi, quod est liberaliter educatorum proprium, cf. Ernest. Cl. Cicer. s. v.; *munificentia* est studium muneribus faciendis aliis gratificandi, ita ut interdum aliquis liberalis dici possit, nec tamen munificus, si ei desint facultates. Verba *per bella et raptus* illustr. Caes. B. G. VI, 23. *Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cujusque civitatis fiunt: atque ea juventutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant.* Mela III, 3. De Graecorum antiquissimorum latrociniis vd. Thuc. I, 5.]

m) *nec arare*] Non simpliciter negatur Germanos arasse terram, sed comparate. Plene: *nec tam arare* etc. Nam ex cap. [5. 15.] 20 et 45 constat, haud prorsus incultas jacuisse eorum terras. [Caes. VI, 22. *Agriculturae non student* ibiq. Mor. et VI. 29. IV, 1. de agricultura Usipetum, Tencterorum et Sue-

aut exspectare annum [n]) tam facile persuaseris, quam vocare hostem [o]) et vulnera mereri [p]). Pigrum [q]), quin imo et iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare [r]).

vorum. VI, 24. vd. fertilissima Germaniae loca circa Hercyniam silvam.]

n) *annum*] Metonymice pro tempore, quo fructus terrae colligimus, nimirum auctumno sive messe, [proventu anni]. Gratii Cyneget. p. 148. Stat. Silv. III, 2, 22. [Markl.] Lucan. III, 452. Gronov. Obs. I, 2. [Sant. ad Propert. IV, 8, 14. Walch. Emendatt. Liv. p. 107.]

o) *vocare hostem*] [Vulgo *hostes*. Non dubitavi recipere elegantem lectionem Cod. Arundel. Edd. Nor. Vienn. *hostem*, nec Passovio improbatam, praesertim cum Tac. delectetur singulari vocc. *eques*, *miles*, *pedes* vd. ad cap. 6, *hostis* Hist. III, 2. Ann. I, 17. XV, 10. Virg. Georg. IV, 76. *vocare hostem*, cujus, ut aliorum poetarum, vestigia passim legisse videtur. *Vocare* i. e. provocare v. Virgil. Georg. IV, 76. ubi Servius. [Tac. Ann. VI, 34. Hist. IV, 80. Virg. Aen. VI, 172.]

p) *vulnera mereri*] Tacitus poetice locutus est [pro: strenuo pugnando vulnera ferre. Hist. IV, 16. Germ. dicuntur *laeta bello gens*.]

q) *pigrum*] Cic. Tusc. Disp. IV, 8. *pigritia* (est) *metus consequentis laboris*. [*Piger* natura ad laborem tardus otiosus desidet, nihilque molitur, *iners*, in quo nihil est artis et virtutis (vd. etymol. ap. Cic. de Fin. II, 64), prae inscitia agendi imperite versatur in exsequendis negotiis. cf. Heusing. ad Cic. Off. I, 9. Advertendum est ad Oxymora. Mira intercessit Thracum cum Germanorum ratione vivendi similitudo narrante Herod. V, 6: ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον· γῆς δὲ ἐργάτην, ἀτιμότατον· τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμȣ καὶ λῃϊστύος κάλλιστον.]

r) *sudore — parare*] [Conjuncte Latini frequentare solent: *sudore et sanguine parare — parere — quaerere* vd. Parei Lex. crit. Mantiss. p. 52., ubi passim alia exempla collegit *allitterationis* (sit venia voci! sic Tac. Hist. I, 12 *licentia ac libido*. IV, 2. *tristes et truces*), qua praeter Graecos et Romanos Germani in permultis locutionibus mirum quantum sunt delectati cf. Grotefend. Elem. prosod. Germ. p. 153.]

 Caput XV.

Caput XV.

De Germanorum desidia per pacem. Cura domus et agrorum feminis senibusque delegatur. Munera principibus conferuntur a civitatibus, quae praecipue gaudent donis finitimarum gentium.

1 Quotiens a) bella non ineunt, non multum b) venatibus, plus per otium c) transigunt, dediti somno
2 ciboque d): fortissimus quisque ac bellicossimus nihil

a) *quotiens*] [Scribendi ratio apud Nostrum frequens: Ann. III, 6. 33. 34. 65. XIV, 20. 64. Agric. 1. Vd. Cellar. Orthograph. lat. ed. Harles. T. I. p. 336. de v. *totiens* Cannegiet. ad Avian. p. 173.]

b) *non multum*] Obelo confodiunt *non* plerique omnes interpretes [Lipsii auctoritatem secuti], pugnam cum Caes. B. G. VI, 21. [IV, 1.] de Suevis deprehendisse sibi visi. Is enim: *Vita Germanorum*, inquit, *omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit.* Si ita, expungant etiam illa Taciti *plus per otium*, quippe quod illis Caesar statim subjungit: *ab parvulis labori ac duritiae student.* At salva res est: primum Caesari cum Germanis nihil negotii erat, nisi in bello; deinde Germanos ad Rheni ripam habitantes vix domi penitusque perspexerat, nedum interiores; tandem Tacitus, qui centum quinquaginta annis post Caesarem scripsit, certior fieri potuit morum Germanorum, quam Caesar. Nec silentio praetereundum est, Tacitum dicere voluisse, Germanos non *tam* multum tempus venatibus, *quam* per otium transegisse. Lectionem nostram, omnibus libris tam scriptis quam impressis firmatam, egregie defendit Koehlerus de fid. scriptor. vett. in reb. Germanicis. [In eandem sententiam, contra quam frustra disputavit etiam Hartmann. Observ. in Tac. Germ. P. II. p. 3., discessere Passovius et Barth. Hist. Germ. T. II. p. 271. De venatione Germanorum cf. Caes. B. G. VI, 26 — 28. Plin. H. N. VIII, 15. Infra cap. 17. 23.]

c) *venatibus — per otium*] Elegans Hyperbaton, Tacito familiare. Agric. 9, 6. *virtute aut per artem.* 31, 2. *temeritate aut per ignaviam.* Annal. I, 2. *per acies aut proscriptione.* Germ. 40, 1. *per obsequium — proeliis.* Suet. Caes. 16. *vi ac per arma.* [Vd. quae Gronov. attulit de otio Lacedaemoniorum, Persarum etc.]

d) *dediti — ciboque*] Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *dediti somno ciboque* (scil.

hil agens; delegata domus et Penatium[e]) et agro-
rum cura feminis[f]) senibusque et infirmissimo cui-
que ex familia[g]); ipsi hebent[h]), mira diversitate[i]) 3
naturae, cum iidem homines sic ament inertiam, et
oderint quietem[k]). Mos est civitatibus, ultro ac 4
viritim[l]) conferre principibus, vel armentorum vel
fru-

indulgentes) supr. cap. 1, 1. [Pressit Tac., ut passim, vestigia Sallust. Catil. 2. *Sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique vitam, sicuti peregrinantes, transegere.* Vd. infra cp. 22.]

e) *Penatium*] [Vd. 25. 46. Gebauer. p. 402.] Unde dicti vid. apud Cic. Nat. Deor. II, 27. [ibiq. Creuzer.] Emmenes. ad Virg. Aen. I, 68. [Heyn. Excurs. IX. ad Virg. Aen. II.] Cort. ad Sall. Cat. 20, 11. [de discrimine Larium et Penatium.]

f) *cura — feminis*] [Ed. Spir. *agiorum*] Ad modum Gallorum Strab. IV. p. 306.

g) *ex familia*] I. e. servorum. [Potius eo sensu, quo nos dicimus *Familie.*]

h) *hebent*] [*Hebere* i. e. *torpere* cap. 14. metaphora a ferro ducta. Liv. XXIII, 45, 9. *Ferrum nunc hebet?* Virg. Aen. V, 390. *gelidus tardante senecta sanguis hebet*, ubi Emmenes. [Valer. Fl. I, 53. *ardor hebet.* IV, 41. *corpus hebet somno*] Rejicies igitur Edit. Rhagian. Vetter. aliarumque [Spir. Kathar. et a Passov. collatarum] *habent*, unde quoque *miram diversitatem* ortum est, quo perit acumen Cornelianum, quod exhibent MSC. Longol. et Hummel. [*Habitant* Edd. Put. Mon. rel. ap. Passov. Paris. Cf. infr. 45.]

i) *diversitate*] [I. e. repugnantia, et *diversum* saepius i. q. contrarium v. Heindorf. ad Hor. Sat. p. 3. Tac. Hist. III, 73. IV, 27. Duker. ad Flor. II, 2. Agric. 23. *mare diversum.* Ann. VI, 22 XIII, 2.]

k) *iidem — quietem*] Est Oxymoron, ut *concordia discors* Lucan. I, 98., *junctis hiatibus* Plin. Ep. V, 6, 37. et plane, ut Tacitus, Ep. I, 6, 1. — *ab inertia mea et quiete discederem.* [Wetzel. ad Cic. de Sen. 6. Cic. Orat. III, 58. Jan Gramm. Poet. lat. p. 430. — *Iisdem* Nor. *oderunt* Vienn.]

l) *ac viritim*] Praeter necessitatem inserit hic Lipsius X. et legit *ac viritim* X., quasi dederint *decimas*, quem satis redarguit Meinders. MSC. Longol. [Ed. Nor.] *ac jurium.* [Infelix est Rhenani conjectura *equitium* pro *viritim*, e textu Ed. Bip. pellenda conjectura *auctarium*, ob Genitivos *vel armentorum vel frugum* minime necessaria, qui ex constructione Graeca sunt explicandi: Pausan. X, 14. λέγεται δὲ καί, ὡς Θεμιστοκλῆς

frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit. Gaudent [m]) praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed publice [n]) mittuntur: electi equi, magna arma, phalerae [o]) torquesque [p]). Jam et pecuniam accipere docuimus [q]).

Caput XVI.

ἀφίκοιτο ἐς Δελφοὺς λαφύρων τῶν Μηδικῶν κομίζων τῷ Ἀπόλλωνι. Vd. Bos. Ellips. ling. Gr. ibiq. Leisner. nec loci nostri immemor p. 475 sq. Exempla latina attulit Gronovius. Vd. Horat. Sat. II, 6, 83. 8, 55. Tacit. Hist. IV, 15. Male Palairet. Ellips. Latin. pag. 306. *tributum* vult suppleri. In Ed. Vienn. legitur *principibus aliquid.*]

m) *gaudent*] [*Gaudere* et *delectari* de iis rebus usurpantur, quas in universum magni facimus. cf. cap. 5. 21. Passov. ad 46., ubi laudat Wopkens. Lect. Tull. p. 212. *Gaudere gemmis* Plin. H. N. XXXIII, 6. *phaleris* ib. VIII, 5. *delectari jumentis* Caes. B. G. IV, 2.]

n) *non modo a singulis, sed publice*] [Glossema redolet *et* in nonnullas Edd. Put. Mon. Nor. Rhenan. Seebod. post *sed* intrusum. Latini ex imitatione Graecorum dicunt: *non* (omisso *tantum* — *modo*), *sed etiam*; *non modo*, *sed* (omisso *etiam*, frequenter a Nostro). De illo vd. Moser. in Creuz. Edit. Cic. de N. D. III, 25. Creuz. ad II, 65. Oudend. ad Hirt. B. G. VIII, 52. de hoc Creuz. ad Cic. N. D. II, 22. Heusing. ad Cic. Off. I, 4. Duker. ad Flor. III, 4. Oudend. ad Caes. B. G. I, 18. Cort. ad Sallust. Cat. 18. Hermann. ad Viger. p. 837. Tursellin. et Mainer. de partic. s. v. *non*. Reperiuntur etiam formulae: *non* — *sed* pr. *non modo, sed etiam* v. Duk. ad Flor. II, 2. Goerenz. ad Cic. de Fin. I, 2.: *non modo* — *etiam* (omisso *sed*) Tacit. Ann. III, 19. ibiq. Ern. — De donis cf. cap. 5 et 13.]

o) *phalerae*] I. e. ornamenta equorum, uti Servius et Emmenes. ad Virg. Aen. V, 310. dicunt. Liv. XXII, 52.

p) *torquesque*] Ornamenta colli Gallis Germanisque veteribus usitata. Liv. VII, 10. 11. Gell. IX, 13. 18. Cic. Offic. III, 31. [Flor. II, 4. de Germ. vd. IV, 12. Augustus Sueton. 25. dona militaria, torques phalerasque dedit.]

q) *jam — docuimus*] [Cf. cap. 5, 8. ibiq. not. Herodian. VI, 7. Πάντα τε ὑπισχνεῖτο (ὁ Ἀλέξανδρος) παρέξειν, ὅσων δέονται, καὶ χρημάτων ἀφειδῶς ἔχειν. Τούτῳ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται, φιλάργυροί τε ὄντες καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες. Apud Jul. Ca-

Caput XVI.

De Germanorum habitationibus, et aedificandi ratione; non urbes habitant, sed vicos locant. Materia ad aedificandum. Subterranei specus, receptacula frugibus.

Nullas Germanorum populis urbes a) habitari, satis notum est; ne pati quidem inter se junctas sedes 1

pitol. Marc. Anton. cap. 21. *emit et Germanorum auxilia contra Germanos.* Nec raro pacem Romani Imperatores pecunia a Germanis redemerunt. Vd. infr. cap. 42. extrem. Dio Cass. LXVII, 7. LXVIII, 9. de Domitiano, qui Decebalo, Dacorum regi, Marcomanis Quadisque tributum pendebat.]

a) *populis urbes*] [*Populos* Ed. Viem.] *Urbes* sunt loca muris circumdata, aut munita. Ptolemaeus quidem multa Germanis tribuit *oppida*, at partim illa fuere in Germania *minore*, seu *cisrhenana*, partim *vicis* similiora, quam *urbibus*. [Amplam disputandi materiam praebuit hic locus, quum VV. DD. modo cum Tacito, modo adversus eum starent. Fr. Schlegelius in Praelectionn. de hist. recentiori p. 37. scripsit, Germanos non prorsus ab urbibus oppidisque condendis abhorruisse, sed rariores tantum apud eos fuisse, quod ex veteribus scriptoribus ipsis appareat. Radlof. de reb. Celtic. Praef. p. VIII. *urbes* interpretatur Haupt- und Centralstädte, quas Germanis fuisse negat, sed *oppida* eos habuisse affirmat. Aliorum de hoc loco sententias consulto silentio transmitto, ut, quae F. C. H. Krusius copiose accurateque ad hoc caput illustrandum disseruit, huc contracta transcribam cf. Archiv. f. alte Geogr. Gesch. etc. Fasc. II. p. 1 — 59. de urbibus Germanorum. Bene exposito discrimine, quod Romani statuerint inter voces *urbs et oppidum*, *castrum et castellum*, *arx*, *vicus*, *pagus et civitas*, *villa*, *burgus* (*um*), sic pergit: Germanos vixisse in locis, quos Romani urbes, oppida, castella, burgos et vicos appellarent, nec tamen eas urbes significatione usitata Romanis fuisse, quae domicilia conjuncta continerent, neque Germanos posterioris aevi loca moenibus septa et immunitatibus donata, sed loca nullis moenibus clausa, *vicos majores*, ut ita dicamus, habuisse, quales in Hispania et Gallia urbes vocatae sint. Inde satis lucis lucrabitur Caes. B. G. II, 29. de oppidis castellisque Aduaticorum, IV, 19. de oppidis Suevorum, VI, 10. Ubio-

des [b]). Colunt [c]) discreti ac diversi, ut fons, ut
2 campus, ut nemus [d]) placuit [e]). Vicos locant, non in-

rum, Tacit. Ann. I, 56. de Mattio, capite Chattorum, II, 62. de regia (urbe) Marcomanorum. v. Barth. Hist. Germ. T. II, p. 247. Constat, sub Henrico I. Imperatore demum Germaniae urbes moenibus munitas originem cepisse cf. Krus. l. l. 56. ibiq. Witichind. rer. Saxonic. L. I. p. 639. Continetur eodem Fasciculo et III. disquisitio de urbibus Germaniae a Claudio Ptolemaeo enumeratis. v. Mannert. Geogr. Germ. T. III. p. 430 sq. In regionibus ad Moenum et Rhenum in morem Romanum aedificabant. Amm. Marcell. XVII, 1. (Julianus) *domicilia cuncta curatius ritu Romano constructa flammis subditis exurebat.*]

b) *ne — sedes*] [Causam vd. Tac. Hist. IV, 64. in oratione Tencterorum ad Agrippinenses: — *postulamus a vobis, muros coloniae, munimenta servitii, detrahatis.* Amm. Marcell. XVI, 2. de Alemannis: — *nam ipsa oppida, circumdata retibus lustra, declinant.*]

c) *colunt*] i. e. incolunt, ut infra 29, 1. per ellipsin τὸ *terram.* [Quae ellipsis frequens est: Ann. II, 41. Liv. XXI, 26. XXIV, 49. *incolere* Caes. B. G. I, 1. 28. IV, 1. Oudend. Liv. I, 1. XXI, 31.]

d) *nemus*] Serv. ad Virg. Aen. I, 310. *Nemus* est composita multitudo arborum. [Vd. not. ad cap. 9.]

e) *ut fons — placuit*] Altham. ad h. l. recte observat, plures locorum appellationes in Germania huic consuetudini originem debere. [Argumento sunt nomina multarum urbium et vicorum, qui in Born, Bach, Feld, Wald, Hain, Berg, Stein, Au, Furt terminantur: Paderborn, Ansbach, Crefeld, Friedewald, Grofsenhain, Heidelberg, Lichtenstein, Hanau, Frankfurt. Cf. Cluver. antiq. Germ. I, 7, 13. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 376 sq. Haec colendi ratio ad hunc diem viget in Saxonia inferiori et Westphalia, cujus partis Germaniae Tac. maxime cognitae mores institutaque in hoc libello praecipue descripti esse videntur. Cf. Moeser. Hist. Osnabr. T. I. p. 4. Barth. T. II. p. 248. Cluver. l. l. De Gallis refert. Caes. B. G. VI, 30. *Sed hoc eo factum est, quod aedificio circumdato silva, (ut sunt fere domicilia Gallorum, qui vitandi aestus causa, plerumque silvarum ac fluminum petunt propinquitates) comites familiaresque ejus angusto in loco paullisper equitum nostrorum vim sustinuerunt.* — Mox *vicos longant* Ed. Nor. *In nostro more* Cod. Arund. male, vd. super cap. 6. et a Passov. laudatus Heindorf. ad Hor. Sat. II, 1, 63.]

in nostrum morem, connexis et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive 3
adversus casus ignis remedium, sive inscitia [f]) aedificandi. Ne caementorum quidem apud illos aut 4
tegularum [g]) usus. Materia ad omnia utuntur informi, et citra speciem [h]) aut delectationem. Quae- 5
dam loca diligentius illinunt terra, ita pura et splendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur [i]). Solent et subterraneos specus [k]) aperire, 6
eos-

f) *inscitia*] [*Institia* Ed. Nor. De discrimine inter *inscitiam* et *inscientiam* vd. Gernhard. Excurs. ad Cic. Parad. III, 1. p. 293 — 392.]

g) *caementorum — tegularum*] [Ed. Spir. *cementorum.* Nor. *scaem.* Ald. *aut ante tegularum.*] *Caementum* est omne, quod caeditur, sive lignum sive lapis. Vult enim Tacitus, veteres Germanos lignum et lapides ad aedificia exstruenda non asciasse, aut dolasse. Ideoque mox omnem aedificandi materiam *informem*, i. e. rudem appellat. [*Caementa* sunt lapides minores, rudes, fragmenta lapidum cf. Voss. Etym. L. L. p. 88.]

h) *speciem*] De externa pulcritudine, splendore dicitur: Mela II, 2, 11. [Ernest. Clav. Cicer. s. v. Tac. Ann. IV, 6. XV, 16. Agric. 4. De caus. corr. eloq. 6.; *speciosus* Agric. 44. Ann. III, 55. De caus. corr. eloq. 20. *Quid enim, si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis exstruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur.* — Senec. de Provid. 4. (Germani) *imbrem culmo aut fronde defendunt.* Strab. VII. p. 281. Ed. Basil. — ἀλλ' ἐν καλυβίοις οἰκεῖν, ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευήν. Herodian. VII, 2. de Maximino in expeditione vicos Germanorum incendente: Ἐδῄου τε οὖν πᾶσαν τὴν χώραν, μάλιστα τῶν λῃΐων ἀκμαζόντων· τάς τε κώμας ἐμπιπράς, διαρπάζειν ἐδίδου τῷ στρατῷ. Εὐμαρέστατα γὰρ τὸ πῦρ ἐπινέμεται τάς τε πόλεις αὐτῶν, ἃς ἔχουσι, καὶ τὰς οἰκήσεις ἁπάσας. Λίθων μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθων ὀπτῶν σπάνις, ὗλαι δ' εὔδενδροι, ὅθεν ξύλων οὔσης ἐκτενείας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται. Caes. B. G. VI, 22. ibiq. Mor.]

i) *illinunt — imitetur*] [*Illiniunt* Cod. Arund. *Ac splendente* Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov. V. D. in Ephem. lit. Jen. 1818. Nov. *quaedam* in *quae me-*

eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hie-
7 mi, et receptaculam frugibus l); quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt: et si quando hostis advenit, aperta populatur; abdita autem et defossa aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt m).

dia, *imitetur* in *imitentur* mutari voluit, praeter necessitatem. *Liniamenta* Ed. Spir. et vett. *Invitet* pro *imitetur* Edd. Rhen. Ald. Gryph.] Non opus est, ut cum Keyslero [Antiqq. Septentr. p. 280.] creta Britannica loca illevisse statuas, nam in Germania permagna argillae et gypsi est copia.

k) *specus*] Antiquissimum habitationis genus. [Pomp. Mela de Sitarchis II, 1. *Atque ob saeva hiemis admodum assiduae, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant.* Xen. Anab. IV, 5, 25. c. not. Lion. de Armeniis. Plin. H. N. XIX, 2. *In Germania autem defossi atque sub terra id operis* (texendi lina) *agunt.* Amm. Marcell. XVII, 1. (Julianus) — *cum prope silvam venisset squalore tenebrarum horrendam, stetit diu cunctando, indicio perfugae edoctus, per subterranea quaedam occulta, fossasque multifidas latere plurimos, ubi visum fuerit, erupturos.* Plin. H. N. VII, 56.]

l) *onerant — frugibus*] [Pro *onerant* Codd. Bamb. et Arund. *operiunt.* *Suffugiumque* Ed. Vienn. *Hyemi* Ed. Spir., in qua haec scriptura constanter. *Frugum* Longolius, e conjectura, an negligentia operarum, nescio. *Suffugium ferarum* infr. cap. 46. *Suffugia adversus coeli rigorem* Senec. de Ira I, 11. Cort. ad Plin. Ep. IX, 39.]

m) *si quando — quaerenda sunt*] Est multiplex Hyperbaton, primum numeri: *populatur, ignorantur, fallunt;* deinde activi, passivi et deponentis; et tandem casuum accusativi et nominativi, *aperta abdita.* Damnandum igitur Cod. Longolii et Ed. Nor. *populatio.* [*Ignoranter* Ed. Nor.]

Caput XVII.

Caput XVII.

De Germanorum vestitu, apud locupletissimos exquisitiore. Gerunt pelles ferarum. Idem habitus fere feminis et viris, quae saepius lineis vestibus utuntur.

Tegumen omnibus sagum [a]), fibula [b]), aut, si desit, spina [c]) consertum. Cetera intecti [d]), totos dies juxta focum atque ignem agunt [e]). Locupletissimi [f]) veste distinguuntur, non fluitante [g]), sicut Sar- 1 2

a) *sagum*] Est vestis brevior, cp. 6, 3. [*Sagum* est vox Celtica (cognata voc. *saccus*, non a σάττω ducenda), judicio Radlof. de reb. Celt. p. 406, Isidori et Varronis. cf. Voss. Etym. L. L. p. 443. Σάγος ap. Polyb. II, 28. induebatur a Gallis, Celtiberis ap. Diod. Sic. V, 33. Erat vestimentum brevius humeros et tergum contegens, (apud Romanos militum, rusticorum et iter facientium, qui fibula id connectebant) manicis instructum. Mela III, 3. *Viri sagis velantur, aut libris arborum, quamvis saeva hieme.* *Saga* sunt Caesari B. G. VI, 21. *rhenones* (de qua voce derivanda et explicanda magnopere dissentiunt VV. DD. v. Mör. ad Caes.) Ab Eginharto XXIII. Carolus Magnus *sago Veneto* indutus narratur.]

b) *fibula*] I. e. omne, quo vestes connectuntur v. Virg. Aen. IV, 139. [ibiq. Heyn.] Plura fibularum genera vid. apud Begerum in Thes. Brandenburg.

c) *spina*] Frustra quidam volunt *pinna*. *Spina* enim simplicitati Germanorum et stilo Taciti magis convenit, quam *pinna*. Conf. Virg. Aen. III, 594. *Consertum tegumen spinis.* Ovid. Metam. XIV, 166. — *spinis conserto tegmine nullis*, ubi interpretes plura.

d) *cetera intecti*] [Vd. not. ad cap. 6.]

e) *agunt*] [Sall. Jug. 18. *agitare agere* 89. ibiq. Cort. Virg. Aen. V, 51. Tac. German. 19. 29. 42. Apud Graecos est βίον ἄγειν et ἄγειν.]

f) *locupletissimi*] I. e. qui magnas possessiones habent; a *locorum plenus* Gell. X, 5, 2. Plin. H. N. XVIII, 3. Quinctil. V, 10, 55. [Voss. Etym. L. L. p. 293.]

g) *fluitante*] [*Fluitantem* Ed. Vienn. *Fluitante* i. e. laxo, sinuoso.] Tibull. I, 7, 46. Suet. Caes. 45. Quinctil. I, 2, 8. [Catull. 63, 68. Lucan. VIII, 367. Justin. XLI, 2. Gronov. Observ. p. 206. de vv. *fluere* et *effluere*.]

Sarmatae h), ac Parthi, sed stricta et singulos ar-
3 tus i) exprimente k). Gerunt et ferarum pelles l), proximi ripae m) negligenter, ulteriores exquisitius

h) *sicut Sarmatae*] [*Sarmathae* Edd Spir. Kath. infr. capp. 43. 46., ubi eandem scripturam cum utraque Edit. repraesentat Cod. Tur.] Conf. Lucan. I, 430. [Mela III, 4. de Sarmatis: *Gens habitu armisque Parthicae proxima.* De Parthis Justin. XLI, 2. *Vestis olim sui moris: posteaquam accessere opes, ut Medis perlucida et fluida.* Apud populos Orientis inde ab antiquissimis temporibus laxae vestes et fluidae in usu sunt; et quae h. l. intelligendae sunt *braccae* seu ἀναξυρίδες, praeter Medos Persae, Parthi, Galli, seriore aevo etiam Romani induebant. V. Brisson. de regn. Persar, p. 86 sq. ed. Lederlin. Apud Romanos toga laxior a divitibus et delicatis, angustior a pauperibus gestabatur. Hor. Epist. I, 18, 30. 19, 13.]

i) *artus*] Pro quo in Cod. Longol. Ed. Nor. *arctus*, frequentissima permutatione. V. Broukhus. ad Tibull. I, 5, 53. Drakenborch. ad Sil. It. VII, 280.

k) *exprimente*] Suet. Galb. 10. [Hor. Ep. II, 1, 248. A. P. 33. Ernest. Cl. Cic. s. *expressus*. Tac. Hist. III, 74. Agric. 46.]

l) *pelles*] Zschakwiz. Antiq. Germ. contendit, Germanos non pellibus, sed vestibus, quae interiore parte pellibus pretiosis duplicatae essent, indutos fuisse, at Caes. B. G. IV, 1, 20. VI, 21, 5. cum Tacito consentit. Vid. Vossius ad Caes. l. c. [Passovius intelligit vestes pellitas, quas praecipue e pellibus ursorum, luporum, taurorum, confecisse videntur, totumque locum ab editoribus temere vexatum sanum esse pronuntiat. A quibusdam rhenones huc trahuntur; alii mastrucas interpretantur. Vd. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 245. Postera aetate Germanos mirum quantum hoc vestium genere delectatos esse non est quod pluribus demonstrem, pellesque pretiosiores insignia Principum fuisse. Venant. Fortunat. IX, 5. *Pelligeri veniens Clodovaei gente potenti.* Sidon. Apollin. Epist. IV, 20. VII, 9. Tacit. Hist. II, 88. de militibus e Germania a Vitellio Romam adductis: *Nec minus saevum spectaculum erant ipsi, tergis ferarum et ingentibus telis horrentes* etc.]

m) *ripae*] Scil. Rheni. Cap. 28, 5. ubi vide. [23. 37. Agric. 28. *nostra ripa.* Hist. II, 57. IV, 64. Bernegg. Quaest. LXXXVII. post *ripae* suppl. Romanae, i. e. Rheno Danubioque. Sic quoque Broterius, Bredov. et Dilthej. intelligunt.]

tius[n]), ut quibus nullus per commercia cultus. Eli- 4
gunt feras, et detracta velamina spargunt[o]) macu-
lis pellibusque[p]) beluarum[q]), quas exterior Oceanus
atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis[r]) 5
quam viris habitus, nisi quod feminae saepius li-
neis[s]) amictibus velantur, eosque purpura variant[t]),
par-

n) *negligenter — exquisitius*] Noli cum Cluverio legere *ulteriores negligenter, proximi ripae exquisitius.* Nam *proximi ripae* per commercia poterant vestes ex panno, lana aut lino confectas nancisci, ideoque parum curabant pelles, quibus sine delectu utebantur; *ulteriores* vero, apud quos magna ferarum copia erat, eligebant sibi optimas et pulcerrimas pelles, partim quia ipsi vestibus sericis, e panno aliisque carebant, partim quia multitudinem pellium neque vendere neque permutare poterant. [Cf. Bernegg. in Quaestion. LXXXVII. Emmerling. de nonn. locc. Tac. p. 15.]

o) *spargunt*] [I. e. distinguunt, variant.] Virg. Ecl. II, 41. ibique Servius. [Liv. XLI, 21. Santen. ad Prop. III, 3, 46.]

p) *maculis pellibusque*] I. e. maculatis pellibus. Vid. supra ad 7, 3. *effigiesque et signa.* [Passovius, ante quem jam Broterius verba recte interpretatus erat (*e diversarum belluarum pellibus diversas lacinias adsuebant, ut major esset varietas*), h. l. explicuit: maculis e pellibus beluarum confectis, laudans accurate de hoc genere dicendi agentem Walch. Emend. Liv. p. 67, nec audiendus Dilthejus, cui, commate post *maculis* posito, utriusque substantivi per se, non per Hendiadyn interpretatio in notis arridere est visa. Schellerus in Lex. Lat. maj. s. *spargere* supplet *annexis* vel *assutis.* Pili vestium e pellibus in exteriorem partem conversi erant, instar nostrarum *Wildschuren.*]

q) *pellibus beluarum etc.*] Lipsius [laudans male Justin. II, 2., item Barth. Hist. Germ. T. II. p. 245.] intelligunt pelles piscium marinorum. Haec explicatio locum habere nequit, nam vestium usui aptae non fuissent pelles piscium. Melius est, beluas, *quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit*, metonymice accipere et explicare de pellibus beluarum, quae in terris, quas Oceanus alluit, inveniuntur. [*Exterior Oceanus* est mare septentrionale (mare Germanicum et Balticum), non Atlanticum, et *ignotum mare* vd. infra 45. Agric. 10.]

r) *feminis*] Vid. Zschakwiz. et Cleffel. [Antiq. Germ. p. 122.]

s) *lineis*] Ergo *linum* in Germania jam istis temporibus no-

partemque vestitus superioris in manicas [u]) non extendunt: nudae brachia ac lacertos [v]): sed et pro-
6 xima pars pectoris patet.

tum fuit. [Plin. H. N. XIX, 1. *Jam quidem et Transrhenani hostes vela e lino texunt, nec pulchriorem aliam vestem eorum feminae novere.* Paul. Diac. IV, 7. de Langobardis: *Vestimenta eis erant laxa et maxime linea, qualia Angli-Saxones habere solent, ornata institis latioribus, vario colore contextis.*]

t) *purpura variant*] [*Et purpura* Ed. Vienn.] Haec verba nihil aliud significant, quam veterum Germanorum feminas amictum suum rubro colore distinxisse atque variasse. Non enim opus est, ut de purpura, quam dicimus, intelligamus. [Nam purpurae exquisitae (qualem descripsere Plin. H. N. IX, 36. Heeren. Idear. T. I. p. 716.) majus pretium erat, quam ut in Germanorum, quibus nullum fere commercium cum exteris nationibus intercedebat, quique inopia et egestate laborabant (Caes. B. G. VI, 24.), notitiam venire potuisset; tingebant purpura succo e plantis vel floribus expresso confecta, cujus vilius genus e vaccinio vel hyacintho temperatum et e Gallia forsitan in Germaniam transmissum laudavit Plin. H. N. XVI, 18. (quo loco Dilthejus abusus est pro supra citato Plinii): *Item vaccinia, Italiae mancupiis sata; Galliae vero etiam purpurae tingendae causa ad servitiorum vestes* — ibiq. Harduin. et ad XXI, 26. Vitruv. VII, 14. *Eadem ratione vaccinium temperantes, et lac miscentes, purpuram faciunt elegantem.*]

u) *manicas*] *Manica* proprie est velamen manuum, quod nos *Muff* vel *Handschuh* nominamus. Conf. Gell. VII, 12. Plin. Ep. III, 5, 15. Varro L. L. V, 8. Non. Marc. IV, 313. Isidor. V, 27. Sensus est: amictum feminarum usque ad manus non pertinere.

v) *brachia — lacertos*] [*Et lac.* Ed. Mon.] *Brachia* a manu usque ad cubitum; *lacerti* a cubito ad humerum. Lucret. IV, 827. Ovid. Met. I, 501. [Cuper. Observ. p. 475.]

Caput XVIII.

Caput XVIII.

Severa Germanorum matrimonia, singulis uxoribus contentorum. Dos a marito uxori offertur: quae munera probantur a parentibus et propinquis. Uxor aliquid armorum marito affert. Munera inviolata liberis nepotibusque redduntur.

Quanquam severa a) illic matrimonia; nec ullam 1
morum partem magis laudaveris b). Nam prope so- 2
li barbarorum c) singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur d). Dotem non uxor marito, sed uxori maritus e) offert. Inter-

a) *severa*] [Rectius a *Quanquam*, quam cum Oberlino et Strombeckio a verbis cp. anteced. *sed et*, vel cum Ed. Bip. Seebodio et Sprengelio a vv. *nec ullam* novi capitis initium est faciendum.]

b) *laudaveris*] Apud Romanos longe aliter. Juvenal. Sat. VI. [Hor. Sat. I, 2. Od. III, 6. Sic Salvianus quoque de Gubern. Dei libr. VII. eximia laude ornat Gothorum et Vandalorum pudicitiam comparatam cum Romanorum libidine.]

c) *barbarorum*] *Barbari* dicuntur omnes exteri, quorum mores, lingua, ritus institutaque a nostris diversi sunt. [Vd. Passov. Lexic. Graec. s. v. βάρβαρος, Göller. in Act. Phil. Monacc. T. II. Fasc. 2. p. 208. Gebauer. Excurs. de nomine *Barbarus* p. 241 sq.]

d) *ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur*] [*Ambiri* h. l. expeti, nec tamen ita interpretandum, quod Weikertus fecit, ut a virginibus pluribus ad matrimonia ineunda hi pauci expetiti fuerint, sed ut parentes et propinqui ob *nobilitatem*, i. e. ad opes potentiamque ipsorum augendas (vd. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 337.), matrimonia generis splendore et auctoritate praepollentium pro virginibus expetiverint. Exemplum Ariovisti duas uxores habentis vd. Caes. B. G. I, 53. Alio sensu *ambire* invenies in Virg. Aen. VII, 333. *Latinum ambire connubiis*.]

e) *dotem — maritus*] [Ed. Nor. omis. *uxor*, Codd. Bamb. et Arund. *marito*, neutrum recte. Apud Romanos uxor marito dotem offerebat vd. Heinecc. Antiqq. II, 8., apud Gallos vd. Caes. B. G. VI, 19. alius mos obtinebat. Haec dona nuptialia, non confundenda cum *Morgenga-*

4 Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant, munera [f]) non ad delicias [g]) muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur [h]), sed boves, et frenatum equum, et scutum cum framea gladio-
5 que. In haec munera [i]) uxor accipitur, atque in-
6 vicem ipsa armorum aliquid viro [k]) affert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conju-
7 gales Deos [l]) arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum

be, quae a novo marito uxori post primam noctem dari solebat, sed potius comparanda cum ἕδνοις apud Homerum (vd. Feith. Antiqq. Homer. p. 205 sq.), *Widum* sermone vernaculo medii aevi vocabantur; eratque hoc pretium nuptiale in usu apud omnes fere Germaniae populos, velut Langobardos, Saxones, Burgundiones etc. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 337. Dithmar. not. ad h. l. Gebauer. de dot. vett. Germ. p. 217 — 241. Broter. Tac. T. VI. p. 221. Recepto in Germania jure Romano *dos* seu *donatio propter nuptias* ab uxore marito afferri coepta est.]

f) *intersunt — munera*] [*Probare* i. q. examinare, explorare, inspicere vd. Ernest. Cl. Cic. s. v. Heusing. ad Cic. de Off. I, 40. — Voces, in quibus vis sententiae inest, a Latinis repeti solent. V. Tibull. I, 1, 43. Goerenz. ad Cic. Legg. I, 1. Legibus Germanorum sancitum erat, ne virgo, parentibus aut propinquis non consentientibus, nuberet, vd. Dithmar. ad h. l.]

g) *delicias*] Quia ornatus seu cultus uxores maritum beatum non reddit, ideo apud veteres Germanos aliae dotes erant, nimirum boves, quae hodie apud rusticos in usu sunt. [„*Deliciae* sunt monilia, armillae et similia ornamenta exquisitiora" Ern., add. Cl. Cic. s. v. Duk. ad Flor. I, 18. Schwab. ad Phaedr. IV, 5, 26. de voc. *delicatus*.]

h) *comatur*] [I. e. ornetur. Terent. Heaut. II, 2. 11. Stat. Silv. I, 2. 110. Tibull. IV, 6, 3.]

i) *in haec munera*] [Ἐπὶ τούτοις τοῖς δώροις. Liv. XXIII, 31. *In has ferme leges — ictum foedus.* XLII, 62. *Foedus in easdem leges renovarunt.*]

k) *viro*] Sic MSC. Longol. Hummel. et Ed. Rhagii, quod etiam Ernestius aliique probant. Alii *marito*, minus bene. [Unde haec lectio hausta sit, se ignorare fatetur Passovius.]

l) *conjugales Deos*] Apud Romanos plures erant Dii conjugales. Augustin. Civ. Dei VI, 9. [Jupiter, Juno, Venus, Jugatinus, Thalassius, Hymenaeus, Diana, Domiducus etc. *Sacra*

tutum cogitationes, extraque bellorum casus putet m), ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam; idem in pace, idem in proelio passuram ausuram- 8
que n), hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data o) arma denuntiant p): sic vivendum, sic pereundum q): accipere se, quae liberis inviolata ac 9
digna reddat, quae nurus accipiant, rursus quae ad nepotes referantur r).

CAPUT XIX.

arcana non cum Dilthejo intellexerim de ritibus solennibus nuptiarum, sed de communione sacrorum, ad quae uxor, postquam per *confarreationem* in manum mariti convenerat, sacris paternis absoluta, admittebatur. Dion. Halic. II. p. 95. γυναῖκα γαμετὴν κατὰ νόμες ἱερὲς, συνελθὲσαν ἀνδρί, κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν. Heinecc. Antiq. Rom. I, 10.]

m) *extra — patet*] [Ed. Vienn. *extra bellorum.* Mox *incipientibus matrimonium* Ed. Paris.] Commentarii instar est cap. 7 et 8.; ibi enim feminae dicuntur viris in bello affuisse.

n) *in proelio — ausuramque*] Exemplum vide in clade Cimbrorum Flor. III, 3, 16 sq. [Vd. supr. cap. 8.]

o) *data*] MSC. Longol. *parata*, fortasse ex praecedente *paratus*. Neque tamen prorsus damnandum *parata*. Nam non tam *data*, quam *parata* arma pugnantibus usui sunt. [Contra Passov. videtur.]

p) *denuntiant*] MSC. Longol. *renuntiant*, non adeo perperam, ut visum est Ernestio, scil. *id respondere velut*, junctos boves, paratum equum, parata arma. Nam phrasis desumta est a responsis oraculorum. [Passovius cum optt. Codd. et Edd. tuetur *denuntiant.*]

q) *sic vivendum, sic pereundum — inviolata*] [Cod. Longol. Edd. Norimb. Rhenan. *sic viventes, sic parientes.* Cod. Long. *involuta.* Ed. Nor. *involata.*]

r) *quae — referantur*] [Editores in lectionibus hujus loci vexati constituendis multum laborarunt. Dedi in textu lectiones secundum optt. Edd. Spir. Kath. Cod. Tur., qui pro *quae* habet *que*, unde *rursusque* a Rhenano effictum et in multas Edd. ut Lipsii, Gronov. Longol. Broter. Bipont. Oberlin. Seebod. receptum, itemque *referant* pr. *referantur*. Cum *digna* absolute poni posse plures interpretes negarent, vel, ut Passovius, ad *quae accipiant* referrent, vel, ut Thierschius cum N. Heinsio, de verbis *ac digna* post *reddat* transponendis cogitarent; Dilthejus

Caput XIX.

Mulierum pudicitia. Paucissima adulteria, eorumque poena. Prostitutae pudicitiae nulla venia. Melius iis civitatibus, in quibus virgines tantum nubunt. Flagitium numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare.

Ergo septae a) pudicitia agunt, nullis spectaculorum

digna sensu absoluto explicat *dignitate conservata* (Justin. VI, 2.), verbaque *quae rursus accipiant* a vv. *accipere se* pendere jubet. Male V. D. in Ephem. lit. Jen. m. Mart. 1823. *digna* interpretatur pretiosa. Emmerlingius putat, Tac., qui in locis Livii potissimum ac Virgilii laudandis atque medio operi inserendis sibi placeat, illius vestigia legisse XXVI, 50. (de Scipione sponsam sponso intactam reddente) — *ut inviolatum et dignum me teque dari tibi donum posset;* sed non omnia ad vivum esse resecanda, ac potius in universaliori sententia acquiescendum: accipere se quae eadem lege ac conditione liberis tradantur, ut et nurus accipiant. In quo vix me habet assentientem, qui singulis verbis vim propriam inesse putem. Recte Thiersch. Act. Phil. Mon. T. III. Fasc. 3. p. 464. contra Passovium non post *rursus* commate distinguit, quod copulae vice fungens cum vocabulo consulto ter posito sit jungendum; Gesnerus in Thes. L. L. s. v. *rursus* h. l., ut saepius verbis *reducere* — *repetere* etc., pleonastice *rursus* additum esse observavit. Cum ex muneribus arma quidem, non tamen boves equique ad liberos nepotesque transmitti potuissent, verba *inviolata et digna* potius de virtute et decore matrum dona reddentium, quam de pretio donorum sunt intelligenda. Cf. Legg. Saxon. Tit. VII. de dote. *Ostfalai et Angrarii volunt, si femina filios genuerit, habeat dotem, quam in nuptiis accepit, quam diu vivit, filiisque dimittat.*]

a) *septae*] [Unus Cod. Arund. egregiam lectionem *septae* repraesentat, eumque sunt secuti Oberl. Bip. Passov. Dilthej.; reliqui omnes male *septa* (Cod. Turic. *separta*, non *separata*, ut Ernest.), qua varietate lectionum non idem sensus, falso sic judicante Weikerto, sed admodum diversus efficitur. Si *septa* legis, in ancipiti relinquitur, utrum castitatem ultro propriaque virtute servaverint, an alia instituta consuetudinesque eam coercuerint; si *septae*, sensus est mulierum pu-

rum illecebris b), nullis conviviorum irritationibus c) corruptae. Literarum secreta d) viri pariter ac

dicitiam adeo intemeratam fuisse, ut ea sola fretae sine custode sancte viverent. Nec egebant pudoris adjumentis Germ., qualibus Romani, qui puellis mulieribusque custodes fallentes. et fallendos ponerent. Vd. quos laudat Passov. velut Propert. II, 6, 25 sq. III, 10, 17. Burm. Hor. Sat. I, 2. quibus addo Ovid. Amor. III, 8. 63. Tac. Ann. III, 34. Tacito locus Livii III, 44. obversatus esse videtur: — *postquam omnia pudore septa animadverterat.*]

b) *spectaculorum illecebris*] [Quantopere ludorum et spectaculorum omni genere (erant fere Circenses, theatra, gladiatorii, venatio) mores Romanorum corrupti sint, in vulgus notum est. Senec. Epist. 7. *Nihil vero est tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere? Tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt.* Gebauer. p. 761. Aug. Suet. 45. coercuit hunc morem feminarum]

c) *conviviorum*] Quippe quibus inter alia oblectamenta comoedi adhiberentur, ut constat ex Liv. XXXIX, 6, 8. Plin. Ep. I, 15, 2. Corn. Nep. Praefat. [Copiose de hac luxurie Romanorum, deque mulierum in conviviis lascivia licentiaque disserunt Meiners. de corr. mor. Roman. p. 116 sq. Senec. Ep. 95. Gebauer. p. 792.]

d) *literarum secreta*] Alii ex hoc loco probare voluerunt, veteres Germanos ἀναλφαβήτους fuisse. At hi testimoniis idoneis satis refutantur. Vd. Tac. Ann. II, 63, 2. et 88, 1. supra ad cap. 3, 5. Ernestius cum aliis interpretatur literas secretas, et de literis amatoriis intelligit. Verum quidem est, Romanos scripsisse literas amatorias, at *literarum secreta* eodem modo usurpavit, quo cap. 22, 5. *secreta pectoris*, et Plin. Hist. Nat. Praef. *secretum materiae.* Alii de secretis magiae exponunt, ut refert Dithmar. ad h. l., quamvis ipse malit secretam amandi artem, qua nutu et digitorum motu sibi invicem amores lascivos significarent. Si quid ego video, Noster sui ipsius optimus interpres. *Literarum secreta* se referre videntur ad spectaculorum illecebras et conviviorum irritationes. Jam spectaculorum praecipuum argumentum erant amores Deorum Dearumque, adulteria, aliaeque res turpes. Minuc. Fel. 21. 22 et 31. Suet. Aug. 70. Senec. Ep. 7 et 37. Ad haec ergo, quae etiam in conviviis saepe referri solebant, respexit Tacitus. [Contra Adelung. histor. antiq. German. p. 373. in copiosa de h. l. disputatione omnem artis scribendi

3 ac feminae ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria [e]), quorum poena praesens et ma-
4 ritis permissa [f]). Accisis crinibus [g]), nudatam, coram

notitiam Germanis male abjudicantem monuit Fr. Schlegel. Praelectt. de hist. rec. aevi p. 35., eos sine ullo dubio scripturam calluisse; item W. Grimmius de run. Germ. p. 32 sq. statuit apud Germanos, si non universam gentem, saltem sacerdotes (ut Druidas Gallorum Caes. B. G. VI, 14.) aliosque homines cultiores scribendi haud imperitos fuisse, quae peritia etiam per frequens cum Romanis commercium ad eos potuerit propagari. Quo nexu verba hic leguntur, *literarum secreta* non de universa scriptura (cujus mentionem injicere absonum fuisset) sunt intelligenda, sed de rebus furtivis ad amorem pertinentibus, epistolis, carminibus, libellis obscoenis: quae secreta dicuntur, vel quod simplicitati sermonis contraria, vel quod ex mente hominum rudiorum, quibus miraculum literarum esset res nova, Tacitus loquitur. Bene de h. l. disseruit Dilthejus. Sprengelius interpretatur *das Geheimniſs der Schrift*, Schlueterus *brieſliche Heimlichkeiten*, Strombeckius *geheimer Brieſwechsel*, Barthius male *geheimes Brieſeln*.]

e) *paucissima — adulteria*] Apud Romanos vero nihil erat frequentius adulteriis, quare sub Augusto *Lex Julia de coercendis adulteriis* lata est, de qua Hoffmannus scripsit singularem dissertat. [Gebauer. de paucit. adulter. apud Germ. p. 759 sq. De adulteriis Rom. vd. Dithmar. ad h. l. et quos init. cap. 18. citavimus.]

f) *praesens — permissa*] *Praesens* i. e. quae sine mora exigitur. Acta Erudit. 1731. p. 185. Quidam [Codd. Bamberg. Arund. Ed. Bip.] legunt *parentibus*. Quasi durum esset, quod soli mariti de conjugibus judicarent. At Caes. de B. G. VI, 19, 3. non *parentibus*, sed *viris* vitae necisque potestatem in uxores, sicuti in liberos, tribuit. Orta fuerit lectio *parentibus* ab iis, qui nesciebant legere *pns*, quod est in Ed. Rhagii. Eandem fere adulterii poenam observabant Saxones tempore Bonifacii. vid. Rolevinck. apud Leibnit. Rer. Brunsuic. Tom. III. [p. 615.] Specul. Saxon. II, 13. [Est locus Bonif. in Epist. 19. ad Ethelbaldum, Angliae regem: *In antiqua Saxonia, ubi nulla Christi cognitio, si virgo in materna domo vel maritata sub conjuge sit adulterata: manu propria strangulatam cremant, aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellant eam castae matronae, et de villa in villam missae occurrunt novae flagellantes et cultellis pungunt, donec interimant.* Legg. Visigoth. Libr. III. Tit. IV. leg. 3. *Si cu-*

coram propinquis expellit domo maritus, ac per
omnem vicum verbere agit[h]). Publicatae enim pudi- 5
citiae nulla venia[i]): non forma, non aetate, non
opibus maritum invenerit[k]). Nemo enim illic vi- 6
tia ridet; nec corrumpere et corrumpi[l]) saecu-
lum

juslibet uxor adulterium fecerit, et deprehensa non fuerit, ante judicem competentibus et indiciis maritus accuset. Quod si mulieris adulterium manifeste patuerit, adulter et adultera secundum superioris legis ordinem ipsi tradantur: at quod de eis facere voluerit, in ejus proprio consistat arbitrio. Apud Romanos ante latam Legem Juliam, qua adulterium crimen publicum factum est, poena in adulteras maritis erat permissa. Dithmar. ad h. l. Gebauer. de suppl. adulterar. p. 772 sq. Lips. ad Tac. Ann. II, 50.

g) *accisis crinibus*] Crines accisos poenae maximaeque ignominiae fuisse docet Eccard. ad Leg. Francor. p. 202. 244. Crines enim Germanis in laude erant. [Vd. Dithmar. ad h. l. Monius T. II. p. 21. 180. 186. Ducang. Lex. med. et inf. Latin. s. v. *decalvatio.*] MSC. Longol. *adcisam* referri posset ad sequens *nudatam*, at melius *accisis.* [Vd. Passov., qui ex his aliisque lectt. judicat, Cod. Longol. fluxisse ex Ed. Norimb., quae hic habet *adcisis.* Cod. Tur. *abscisis*, ut correctum in Ed. Spir. pro *accisis.*]

h) *nudatam — agit*] [*Verberans* Cod. Arund.] *Nud.* i. e. ornatu et vestimento muliebri privatam. [Vd. loc. Bonif., et supr. cap. 6.]

i) *publicatae enim pudicitiae nulla venia*] [Pertinent haec verba cum ad virgines, tum ad uxores. Apprime huc faciunt loci e legg. Germ., quos attulit Orellius. Legg. Burgund. cap. 44. *Si qua Burgundionis ingenui filia, priusquam marito tradatur, cuicunque seu Barbaro, seu Romano occulte adulterii se foeditate conjunxerit — facinoris sui dehonestata flagitio amissi pudoris sustinebit infamiam.* Legg. Visigoth. Lib. III. Tit. II. leg. 2. *Si mulier ingenua servo suo vel proprio liberto se in adulterio commiscuerit — adulter et adultera ante judicem publice fustigentur, et ignibus concrementur.*]

k) *invenerit*] [*Invenit* Cod. Tur. Edd. Spir. Kathar. aliaeque ap. Passov., minus bene.]

l) *et corrumpere*] [Ed. Spir. *vel. Corr.* de re venerea Suet. Caes. 50. Domit. 1. 8. 22. Liv. XXXIX, 8. *corruptelae.*] *Corrumpere et corrumpi* neutiquam est lusus verborum. [Ann. XIV, 20. *Animus corruptus simul et corruptor* III, 54.] Infra cap.

7 lum[m]) vocatur. Melius quidem adhuc [n]) eae civitates, in quibus tantum virgines nubunt, et cum
8 spe votoque uxoris semel transigitur[o]). Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior [p]) cupiditas

38, 6. *ament, amenturve.* Quinctil. I, 2, 4. Plin. Pan. 62. extr. Minut. Fel. 27 et 37. Cic. de Amicit. 26. Sall. Jug. 1, 5. Liv. XXXV, 49, 4.

m) *saeculum vocatur*] [*Vocantur* Ed. Nor.] *Saeculum* i. e. indoles et mores saeculi, *Mode, Zeitgeist.* Liv. III, 20, 5. [Senec. Epist. 39. *Tunc autem consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent: et desinit esse remedio locus, ubi, quae fuerant vitia, mores sunt.* Epist. 125, 7.]

n) *adhuc*] [*Adhuc*, pro quo aetate aurea *etiam* usurpabant, a scriptoribus sequioris aevi, Seneca, Quinctiliano, Suetonio, Comparativo jungitur vd. infr. 29. Tursell. de part. p. 39. Gesner. Thes. s. v., unde hos locos depromsimus: Senec. Epist. 57. *Sic animo, qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est.* Suet. Tib. 17. *Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit.* Calpurn. Flacc. Declam. 22. init. *Cum suo parente contendit, ut mihi videatur melior adhuc privignus esse, quam filius.* Adde Quinctil. XI, 16. Passov. ad nostrum loc. Sic a Graecis ἔτι Comparativis additur vd. Sturz. Lex. Xen. s. v.]

o) *semel transigitur*] [*Semel* h. l. est nostrum *ein für allemal*, Graecorum ἅπαξ; Cic. de Offic. III, 15. Heusing. Suet. Caes. 86. Bentlej. ad Horat. Sat. II, 8, 24. Burmann. ad Quinct. I, 2. p. 30. Declam. 6. p. 129. Duk. ad Flor. II, 12. — Secundae nuptiae apud plures populos invisae fuerunt: apud Herulos uxores juxta tumulos maritorum laqueo vitam finivisse narrat Procop. de bell. Goth. II, 14.; apud Winedos Bonifacius testatur l. l. uxori, quae marito superstes esset, maximae laudi fuisse, si manu sibi illata una cum defuncto concremaretur; apud Romanos antiquiores (longe aliter in moribus corruptis posterioris aevi vd. Martial. VI, 1 sq.) uni viro nuptae in majori erant honore et castiores habebantur Liv. X, 23. Valer. Max. II, 1, 3., etiam in marmoribus laudantur univirae; apud Indos adhuc mos viget, ut uxores cum maritis defunctis concrementur; patres ecclesiae Christianae, Hieronymum, Tertullianum, non solum parum honorifice statuisse de secundis nuptiis, sed etiam illicitas habuisse, non est quod pluribus exponamus. *Transigite cum expeditionibus* Agric. 34.]

p) *ne — longior*] [*Nec ulla*

piditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire q), aut 9 quenquam ex agnatis necare r), flagitium habetur. Plus-

Groslot. e vet. Cod. *nec longior* Ed. Vienn.]

q) *finire*] [*Finuere* Ed. Nor.] *Finire* i. e. definire. Gell. XV, 9, 11. Curt. IV, 16, Respicit Noster ad detestandam Romanorum consuetudinem exponendi liberos suos. [Emmerlingius p. 17. cum Gebauero p. 277. Tacitum ad perversitatem et licentiam Romanorum respicere putat, cum dulcedine vitae vagae et coelibis capti a matrimonio abhorrerent, et legibus cogerentur ad vitam conjugalem liberosque procreandos: *finire* interpretatur regere, moderari (Cic. de Fin. II, 9.), ut *numerum liberorum regere* sit: ultro definire, num et quot liberos velis procreare. Dilthej. de caede et expositione accepit. Rectius cum Broterio verba sunt intelligenda de flagitio partus abigendi matronis Rom. frequentato v. Juven. Sat. VI, 593. Gebauer. p. 336.; forsitan Tac. liberorum expositio et abortus procuratio simul obversantur. Cf. Legg. Visigoth. L. VI. Tit. III. leg. 1. *Si quis mulieri praegnanti potionem ad avorsum aut pro necando infante dederit, occidatur: et mulier, quae potionem ad avorsum facere quaesivit, si ancilla est, CC, flagella suscipiat; si ingenua, careat dignitate personae, et cui jusserimus, servitura tradatur.* L. VI. Tit. III. l. 7. *Nihil est eorum pravitate deterius, qui pietatis immemores filiorum suorum necatores exsistunt. Judex eos publica morte condemnet.*]

r) *ex agnatis necare*] Sic Noster Hist. V, 5. de Judaeis — *necare quenquam ex agnatis nefas* — ubi *agnatis* contra Lipsii *gnatis* recte tuentur Ernest. et Gebauer. Nec hoc loco textus mutandus est, sed bene se habet *agnatis*, i. e. filiis minoribus, qui primogenito in eandem hereditatem et familiam patris agnascebantur. vid. Perizon. ad Melam. I, 8, 37. [In Misc. Obs. crit. T. VIII. p. 118. *Agnati* h. l. dicuntur, qui post familiam constitutam, ubi heres jam est, deinde nascuntur; Graecis ἐπίγονοι. Sic recte Gesner. in Thes., cum Scheller. in Lex. maj., Strombeck. et Sprengel. Lipsium sequuntur. Antonius male interpretatur *Verwandte*, qua signific. Jureconsultis *agnati* sunt cognati per patrem ex eadem familia v. Digest. I, 7, 13. Quae de exploratione liberorum recens natorum, quos Germani clypeo impositos fluminibus (Rheno maxime) immerserint, Graecorum commenta circumferuntur, Tacitus veritatis studiosissimus consulto omisit, cf. not. in Ed. Oberl. Jacobs. ad Anthol. Graec. T. III, 1, p. 285.]

Plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges *).

CAPUT XX.

De educatione liberorum a matribus ipsis alendorum: nobilium non mollior et delicatior quam servorum. Sero juvenes virginesque miscentur. Sororum filiis honos apud avunculos. Quinam post liberos proximi sint heredes. Nulla orbitatis gratia.

1 In omni domo nudi a) ac sordidi b) in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt c). Sua quem-

*) *boni mores — bonae leges*] Vid. Tac. Ann. III, 26. Sall. Catil. 9, 1. Walch. [In civitatibus bonos mores plus momenti habere quam bonas leges, legesque egregias ex malis moribus gigni, idque in rep. Romana optimis legibus abundante maxime obtinuisse, probatur etiam aliis locis scriptorum Romanor. a Berneggero in Quaest. CXII. et CXIII. allatis, ut Liv. XXXIV, 4. Tac. Ann. XV, 20. Bonae leges, quibus adulteriis et orbitati poenae, fecunditati praemia constituebantur, sunt *Lex Julia de maritandis ordinibus* lata 736 U. C. et *Papia Poppaea* 762. U. C., de quibus vd. Lipsii Excurs. in Edit. Oberlin. T. II. p. 778 sq.; quae quam parum valuerint ad morum licentiam coercendam, docent Tac. Ann. III, 25. init. Senec. Consol. ad Marc. 19. not. ad German. cp. 20. extrem.]

a) *nudi*] Sunt male vestiti et pannosi. v. Senec. Benef. V, 13. [Vd. not. ad cap. 6.]

b) *sordidi*] Vilibus et detritis vestibus induti. [Perperam V. D. in Eph. lit. Jen. Mart. 1823. intellexit de squalore corporis, sudore.]

c) *in hos artus — excrescunt*] [*In haec corpora nutriuntur et crescunt* Cod. Arund.] Inde patet, Romanos brevis staturae fuisse, Germanos vero summae proceritatis v. Veget. I, 1, 3. Mela III, 3. Caes. B. G. II, 30, 4. VI, 21, 4. [Supr. cap. 4.]

quemque mater d) uberibus e) alit; nec ancillis ac 2
nutricibus delegantur. Dominum ac servum nul- 3
lis educationis deliciis dignoscas f). Inter eadem 4
pecora, in eadem humo degunt, donec aetas sepa-
ret ingenuos, virtus agnoscat g). Sera juvenum Ve- 5
nus h), eoque inexhausta pubertas i). Nec virgines
festi-

d) *mater*] Secus atque apud Romanos, qui infantes nutricibus alendos committebant. V. Favorin. philos. ap. Gell. XII, 1. Gebauer. [p. 281 sq. Tacit. Dial. de causis corr. eloq. 39.]

e) *uberibus*] Quae de hominibus usurpari aliqui negant. vid. Longol. in Act. Erudit. 1731. [Discrimen inter *ubera* et *mammas* saepe neglectum vd. in Nolten. Lex. antib. T. I. p. 1054.]

f) *delegantur — dignoscas*] [*Delitiis* Ed. Spir. male v. Grotef. Gr. lat. T. II. §. 177. *Dinoscas* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor. Vienn. *Noscas* Ed. Rom. *Delegare* est vocabulum juris, quod de creditore aeque ac debitore usurpatur: nam creditor aliquem delegat, cui numerem ipsi debitum, debitor mihi delegat aliquem, qui pro se solvat. Inde ceterae rationes loquendi, cum id, quod ipse facere debebamus, per alios fieri curamus. Cf. Ernest. Cl. Cicer. s. v. Gronov. Observ. p. 125. Gifan. Observ. p. 129. Parei Lex. crit. p. 328.]

g) *donec — agnoscat*] [*Seperet* Edd. Nor. Vienn. Thiersch. in Act. Phil. Monacc. T. III. Fasc. 3. p. 464. sic vult distingui: *donec aetas separet, ingenuos virtus agnoscat*, quae in Ed. Spir. uno tenore leguntur. Unde sensus: aetate provecti separantur dominus et servus, tum etiam virtute alter ille ostendit, se ingenuum esse. Equidem interpunctione vulgata acquiesco, sensum fere eundem efficiente. Apposite laudandum est Theodorici dictum apud Cassiod. Variar. Ep. I, 38. *Gothis legitimam aetatem virtus facit.* Simili prosopopoeia utitur Plin. Ep. V, 17. — *nisi imagines habeant, quae nunc mihi hos adolescentes tacite laudare, adhortari, et quod amborum gloriae satis magnum est, agnoscere videntur.* Ob hanc prosopopoeiam displicet Gronovii explicatio: *separet* est, faciat, ut separentur: *agnoscat*, fiat, ut agnoscantur.]

h) *sera juvenum Venus*] I. e. juvenes sero uxores ducunt. Caes. B. G. VI, 21, 5. Mela III, 3. *Venus* pro *concubitu*, metonym. efficientis pro effectu. [Quinctil. VIII, 6. 24. Apud poetas frequens et scriptores prosaicos argenteae aetatis, vd. Lexica.]

i) *inexhausta pubertas*] [*Inexauta* Ed. Nor.] *Pubertas* i. e. facultas generandi. [More ed

festinantur k): eadem juventa l), similis proceritas;
pares validaeque m) miscentur; ac robora parentum
6 liberi referunt n). Sororum filiis idem apud avun-
7 culum, qui ad patrem o) honor p). Quidam san-
ctiorem

Caes. B. G. VI, 21. i. q. vigor corporis, Gesnero in Thes. i. q. vis generandi et vigor per senectutem etiam durans.]

k) *festinantur*] [I. e. mature nuptum elocantur. Verba *properare*, *festinare*, *accelerare*, ut θοάζειν, intransitiva et transitiva gaudent significatione, vd. Erfurdt. in Edit. min. Soph. Oed. Tyr. v. 2. Tac. Hist. II, 82. III, 37. IV, 67. Vechner. Hellenol. p. 91. Perizon. ad Sanct. Minerv. p. 335. Ed. VI. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII, 52. Apud Romanos pueri XIV. annorum matrimonium contrahebant cum puellis XII. annos natis v Macrob. Saturn. I, 9.]

l) *juventa*] Haec vox usitatior istis temporibus fuit quam *juventus*. Tac. Annal. II, 71, 2. Liv. XXXV, 42, 12. XL, 6, 4. Plin. Paneg. 8, 4. [Potius poetis usitatior vd. Lexicc.]

m) *pares validaeque*] Sic MSC. et Edd. optt., nec non libri Ernestii. *Validique* [Lips. et Pichena ex conjectura, quos alii sunt secuti.] Sensus: virgines ejusdem aetatis et conditionis matrimonio sibi jungunt. *Misceri* enim saepissime de re venerea dicitur, uti Graecorum μίγνυσθαι, et nostrat. *sich fleischlich vermischen.* [Legg. Carol. M. §. 145. *Nullus praesumat ante annos pubertatis puerum vel puellam in matrimonio sociare in dissimili aetate, sed coaetaneos et sibi consentientes.* Broterius Tac. T. VI. p. 230. qui *pares validaeque* de aetate, conditione viribusque intellexit, apposite [illegible]avit leges, ex quibus conditio inaequalis multabatur. Legg. Salic. Tit. XXIX. leg. 5. *Si quis Francus alienam ancillam sibi publice junxerit, ipse cum ea in servitute permaneat.* Legg. Langobard. Libr. II. Tit. IX. leg. 2. *Si servus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit sibi conjugio sociare, animae suae incurrat periculum: et illam, quae servo fuerit consentiens, habeant parentes potestatem occidendi, aut foris provinciam transvendendi, et de rebus ipsius mulieris faciendi, quod voluerint.* Adam. Brem. Hist. Ecl. I, 5. de Saxonibus.]

n) *referunt*] Sic Plin. Ep. V, 16, 9. [VII, 19. Infra cp. 45.]

o) *ad patrem*] Et Cod. Long. et Ed. Rhagii *ad patrem*. Nescio, an plures; Ernest. hic silet. [Haec est lectio omnium Codd. et optt. Edd. Spir. Kathar. etc., quam Passovius reduxit, cum Rhenanum *apud* corrigentem recentiores ad unum omnes sint secuti.]

ctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, et in accipiendis obsidibus magis exigunt[q]), tanquam ii et animum [r]) firmius et domum latius teneant [s]). Heredes tamen successoresque sui cui- 8
que liberi; et nullum testamentum [t]). Si liberi 9
non sunt, proximus gradus in possessione [u]), fratres,

Ad vero usurpasse optimos scriptores pro *apud*, vel ex Thes. Gesn. constat, Cic. ad Attic. X, 16. *Ad me — fuit*, quo loco nil similius nostro. [Tursellin. de partic. p. 28. 33. Caes. B. G. I, 31. Liv. II, 61. VII, 7. Sil. It. XIII, 606. ibiq. Drakenb. Terent. Andr. IV, 3, 13. Heaut. V, 2, 26. Perlet. Parei Lex. crit. p. 29 et 30. Cort. ad. Cic. Epp. ad Div. V, 10. Eodem sensu Graeci πρός c. Accus. jungunt. v. Passov. ad h. l. Vechner. Hellenol. p. 433. sq.]

p) *honor*] [Vd. Gebauer. de jure success. vet. Germ. 542. »Honos est iste in familia gradus et locus, quem liberi in domo et apud patrem tenent, et quem iidem, ut sororum liberi, etiam apud avunculum more patris sibi vindicabant.« Pag. 547. causam reddit hujus honoris: »Soror fratri post fata patris filiae erat loco, patre, naturali tutore, defuncto, filius in legitimam suae sororis perpetuamque tutelam succedebat, frater ita sorori, cum virgini, in omni officiorum genere, tum nuptae, quoties erat opus, ope et consilio aderat.«]

q) *obsidibus — exigunt*] MSC. Long. *obsidiis*, male, nam *obsidiis* est *obsidione*. [*Maxima* Cod. Arund. Vd. cap. 8.]

r) *tanquam ii et animum*] MSC. Longol. Hummel. et Ed. Rhagii *tanquam et in animum*, cujus rationem non capit Longol. [Sic male Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor. Put. Mon. *et animum* Vienn. *ii* bene Rhenan. correxit.]

s) *teneant*] I. e. obligent. cp. 8, 1.

t) *heredes — testamentum*] [*Haeredes* Ed. Spir., male]. Cur testamentum priscis Germanis non fuerit in usu, ejus rei rationem petit de Bernstorf. ex Tacit. Germ. 27. *Funerum nulla — ponunt;* quasi vero non veriti essent defunctos. [Usum testamentorum a Romanis Germaniae gentes iis vicinae didicerunt, ut Alemanni, Burgundiones, Gothi, Franci, quorum leges sunt inspiciendae. Vd. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 355. sq. Dithmar. ad h. l. Tacit. De Tencterorum more vd. infra cap. 32. Ritter, Pronaos p. 260.]

u) *in possessione*] Hertius *in successione* legendum esse scribit, unde fortasse Dithmaro in sua Edit. arrisit, etsi ejus rei

tres, patrui, avunculi. Quanto plus propinquorum, quo major affinium [v]) numerus, tanto gratiosior [w]) senectus; nec ulla orbitatis pretia [x]).

nullam reddit rationem, nec quisquam aliorum editorum aut scriptorum rerum Germanicarum eum est secutus.

v) *propinquorum — affinium*] [Cf. Nolten, Lex. antibarb. T. I. p. 816. (quem Bredovius tacite exscripsit), qui sic distinguit: *Affines* sunt mariti et uxoris cognati, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diversae inter se sunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit, ut cognati uxoris sint affines mariti, ac mariti cognati affines uxoris: *propinqui* dicuntur, inter quos aliqua sanguinis conjunctio est: *cognati* sunt, qui per feminas conjunguntur, *agnati* qui per genitorem.]

w) *gratiosior*] Passive, *angenehmer*. Petron. cap. 140. [*Gratior* praeter Edd. a Passovio nominatas Codd. Tur. Hummel. Edd. Spir. Kath. *Gratiosus* est is, qui gratia, favore apud alios multum pollet. Cf. Scheller, Observ. p. 122. Nolten. Lex. antib. T. I. p. 551. Reitz. de Ambig. Med. etc. p. 249.]

x) *orbitatis pretia*] [*Precia* Spir. sicque constanter.] Orbitas dicitur, si quis vel liberos non habet, vel amisit: h. l. prior significatio obtinet v. Cort. ad Plin. Ep. I, 8, 12. De re ipsa Petron. cap 116. Martial. IV, 56. Juvenal. Sat. XII, 95. Tac. Ann. XIII, 52. [Notat Tacitus pestem illam heredipetarum, qui Romae orbos opulentos omnibus artibus venari et captare studebant. Colebantur hi matrimonii osores ab omnibus, via ad commoda honoresque ipsis patebat, nemine suffragia ob hereditatem sperandam denegante, et quae alia erant orbitatis praemia. Adde Tac. Ann. XIII, 42. XV, 19. Nubem scriptorum excitavit Obbarius ad Horat. Epist. I, 1, 78. Gebauer. Excurs. de orbitate ejusque pretiis apud Romanos p. 301 sq.]

Caput XXI.

Caput XXI.

De Germanorum inimicitiis, homicidiisque expiandis, et eorum hospitalitate effusa.

Suscipere tam inimicitias [a]) seu patris seu propin- 1
qui, quam amicitias, necesse est, nec implacabiles
durant. Luitur enim etiam homicidium certo ar- 2
mentorum ac pecorum numero [b]), recipitque satisfactionem universa domus: utiliter [c]) in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae juxta libertatem [d]).
Convictibus et hospitiis non alia gens effu- 3
sius

a) *suscipere tam inimicitias*], [*Tamen* Cod. Tur.] De hac locutione vid. Act. Erudit. 1731. pag. 194. Cic. ad Div. II, 18, 2. ibique Cort. Contrarium *deponere*. [Istas inimicitias *Faydas* (Fehden) jam appellat Liutprand. Leg. Langob. VI, 82. vd. Orellii Symb. p. 21. Nec solum apud populos Germaniae, sed etiam apud alios, Orientis maxime, ut Hebraeos, Arabes, inimicitiae hereditate transmitti solebant; ibique adhuc viget hic mos Cf. Dithmar. ad h. l. Ad verba *nec implacabiles durant* cf. cp. 22.]

b) *luitur — numero*] [De verb. *luere* vd. Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 278. Ed. VI.] Causam vid. in Longol. Diss. de Ἀνθρωποθυσία §. 23. Germani enim, quibus armenta gratissimae opes erant, non efficacius multari poterant, quam certo pecorum numero v. cap. 12, 4. Haec *satisfactio* medio aevo nominabatur *Werigeld* [al. *Weregeld*, *Wehrgeld*. Vd. Legg. Francorum, Alemannorum, Saxonum, Frisiorum apud Dithmar. Moeser. Hist. Osnabr. T. I. p. 24. 29. 42 sq. Gebauer. p. 736. Haec multa major aut minor pro dignitate occisorum erat, nisi quod servus caedem domini capite luebat. De poenis capitalibus cf. supr. cap. 12. Si quis apud Saxones (vd. Legg. Tit. IV. leg. 1.) equi furtum fecisset, capitis damnatus, si hominem occidisset, pecunia multatus est. Post receptum in Germania jus Romanum homicidium capitale haberi coepit.].

c) *utiliter*] Cod. Long. *utilitate* scil. *ex*, judice Ernestio, ita etiam Ed. Nor.

d) *juxta libertatem*] I. e. simul cum libertate, [in libera republ., inter liberos homines; Bredov.: si libertas in promptu est.] Cap. 30, 5. *velocitas juxta formidinem*. Annal. VI, 42, 3.

sius indulget.[e]). Quemcunque mortalium arcere
tecto, nefas habetur [f]); pro fortuna quisque appa-
4 ratis epulis excipit. Cum defecere [g]), qui modo
hospes fuerat, monstrator hospitii et comes, proxi-
mam domum non invitati adeunt; nec interest: pa-
5 ri humanitate accipiuntur. Notum ignotumque,
6 quantum ad jus hospitis [h]), nemo discernit. Ab-
eunti, si quid poposcerit [i]), concedere moris; et
7 poscendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneri-
bus

[*populi imperium juxta libertatem.* Tursellin. de partic. p. 384.]

e) *effusius indulget*] [Hist. I, 19. *effusius favere.* Plin. Ep. *effusius fovere.* II, 3. *effusissime diligere.*] Germani hospites liberaliter exceperunt, ex quacunque etiam terra venissent. Divites lautiores instruebant epulas, tenuis sortis homines vero modicas. [Caes. B. G. VI, 23. Mela III, 3. Quantopere alii quoque populi Occidentis (velut Celtae vd. Diod. Sic. V, 34. Nic. Damasc. p. 8.) et Orientis hospitalitati indulserint, non est quod exemplis in vulgus notis fusius demonstrem: sed aliam fuisse hospitalitatis rationem apud Graecos et Romanos, quippe qui non unumquemque hospitio exciperent, ex antiquitatibus penitus disci poterit. Horum potissimum mores, etiam in hac re perversos corruptosque, Tac. perstringere videtur. Cf. Ammian. Marcell. XIV, 6, 12.]

f) *nefas habetur*] [Lex. Burgund. cap. 38, 1. *Quicunque hospiti tectum aut focum negaverit*, III. *solidorum inlatione mulctetur.*]

g) *defecere*] Quidam *defecerit* scil. hospes. Sed est Synezeugmenon, et subintell. epulae. Cap. 24, 3. [*Defecere* est lectio opt. Codd. et Edd.; *defecerit* a Lips. e Cod. Farnes. receptum in Bip. male est admissum, quod non, Ernestio judice, eodem modo ac *defecere* intelligi potest. Vd. Passovius.]

h) *jus hospitis*] MSC. Long. et Editio Rhagii [multaeque aliae Spir. Kath.] expressere *jus hospitis.* [Lectio *hospitii*, quae a Lips. profecta in Edd. reliquas fere omnes irrepsit, ejicienda est. Non jus *hospitii* erat apud Germanos, sed jus *hospitis*, quod Passovius interpretatur *Gerechtsame des Gastes*, ut legitur ap. Cic. Tusc. Disp. I, 26. *jus hominum*: adde Tac. Hist. III, 51.]

i) *poposcerit*] Rhenanus *poposceris*, quod hoc loco alienum est. [Irrepsit in Edd. Lips. Gronov. aliasque recc.]

bus; sed nec data imputant [k]), nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis [l]).

CAPUT XXII.

De Germanorum vita quotidiana, conviviis, convivalibus negotiis, et candida simplicitate.

Statim e somno [a]), quem plerumque in diem extrahunt 1

k) *imputant*] [I. e. non postulant, sibi pro iis gratiam deberi.] Verbum Tacito familiare Hist. I, 38. 55. 71. II, 31. 60. 85. III, 86. V, 24. Plin. Pan. 24, 3. [De hac notione verbi *imputare* scriptoribus sequioris aevi, Plinio, Quinctiliano, Suetonio aliisque usitata vd. Reitz. de Ambig. etc. p. 290. Casaub. ad Suet. T. IV. p. 40. Ed. Wolf. Duk. ad Flor. IV, 12. Schwab. ad Phaedr. I, 22, 8. Nolten. Lex. antib. T. I. p. 1006.]

l) *victus inter hospites comis*] [Contra Ernestium, Oberlinum et Seebodium, quibus cum Bleterio, qui primus in interpretatione francogallica haec verba tanquam spuria omisit, locus de glossemate suspectus est visus, ejus patrocinium susceperunt Passovius et Orellius. Illius sententia Tacitus hactenus de Germanorum hospitalitate erga ignotos est locutus, verbaque haec postrema ad eos pertinentia, quos mutuum amicitiae foedus junxerit, necessario addita videbuntur: hic ob manifestam oppositionem eorum, quae cap. seq. leguntur — *crebrae, ut inter vinolentos rixae* — verba h. l. arte collocata putat. Neutra ratio placuit Dilthejo. Thierschius in Act. Phil. Monac. T. III. Fasc. 3. p. 462. non male cogitavit de verbis transponendis post *discernit*, ut ita cohaereant: dum adsunt, comiter habentur, cum discedunt, donis afficiuntur. Eandem transponendi rationem etiam proposuit Fr. Heidekampus, Prof. Gymnas. Lingensis, in Programmat. a. 1823. p. 11. Equidem verba loco non esse movenda puto, quae Noster, ut de Germanorum hospitalitate narrationem sententia in universum pronuntiata breviter clauderet, consulto hic posuit.]

a) *e somno*] Rejiciendum Cod. Long. *em*, i. e. *enim*, ortum ex

trahunt b), lavantur c), saepius calida d), ut apud
2 quos plurimum hiems occupat e). Lauti cibum capiunt: separatae singulis sedes, et sua cuique men-
3 sa f). Tum ad negotia, nec minus saepe ad convivia

nota, τῷ ἐ imposita, quae praepositionem indicaret. *E somno* est post somnum, sive ex quo surrexerunt cubitu. [Vd. cap. 15. *E* pr. *post* Tursell. de partic. p. 245.]

b) *extrahunt*] Id absonum videbatur Tacito, qui noverat, *Vespasianum in principatu maturius semper ac de nocte evigilasse* Suet. Vesp. 21., adeo ut Plin. Ep. III, 5, 9. de avunculo suo Tacito asseveret, *hunc ante lucem isse ad Vespasianum Imperatorem, nam illum quoque noctibus usum esse.*

c) *lavantur*] Secus ac Romani, qui ad vesperam balneis utebantur. Germani autem lavabantur non balneis, sed abluebant tantum manus et faciem, quod nostratibus statim e somno adhuc usitatum est. [*Lavare* h. l. est *baden*, non *waschen.*]

d) *saepius calida*] [*Apud cal.* Ed.Mon.] Suppl. quam frigida. [Sc. aqua, quod substant. haud raro est supplendum v. Lindner. Ellips. lat. p. 39. et Palairet p. 37. Sanctii Minerv. p. 554. Ed. VI.] Romani vero plerumque frigida lavabantur. Plin. Ep. III, 1 et 5. [VI, 16], ut apud quos plurimum aestas occupabat, quemadmodum, quia apud Germanos plurimum hiems occupabat, calida. Cum vero praesentes Germanorum thermae rariores, nec tum notae, quis non videt, eorum aquas incaluisse igne? Perluebantur, tamen et in fluminibus, [nandique studiosissimi et peritissimi erant,] teste Caesare B. G. VI, 21, 5. [Adde locc. apud Barth. Hist. Germ. T. II. p. 314. Plut. Mar. 19. de Teutonibus.]

e) *hiems occupat*] Cap. [2, 2.] 4, 3. 16, 6. Mela III, 3. [Tac. Ann. XII, 12. *hiems occupabat.* ibiq. Oberlin.]

f) *separatae — mensa*] [*Seperatae* Ed. Nor. Eundem fere morem convivandi apud Celtas (quod nomen, ut bene exposuit Wilh. Germ. p. 10, scriptores Graeci modo sensu latiori usurpabant, ut Germanos quoque complecterentur, modo strictiori, velut Diod. Sic. V, 32., qui, discrimine inter Celtas et Galatas facto, mores institutaque horum Germanos potissimum in se continentium descripsit V, 25—31.) obtinuisse auctores sunt Posidon. ap. Athen. IV, 8, 13. Strab. IV. p. 188. Ed. Basil. Diod. Sic. V, 28., cujus verba lubet apponere: Δειπνοῦσι δὲ καθήμενοι πάντες οὐκ ἐπὶ θρόνων, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὑποστρώμασι χρώμενοι λύκων ἢ κυνῶν δέρμασι· διακονοῦνται δὺ-

vivia procedunt armati [g]). Diem noctemque conti- 4
nuare potando, nulli probrum [h]). Crebrae [i]), ut 5
inter vinolentos, rixae, raro conviciis [k]), saepius caede

πὸ τῶν νεωτάτων παίδων ἐχόντων ἡλικίαν, ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν. Πλησίον δ' αὐτῶν ἐσχάραι κεῖνται γέμουσαι πυρός, καὶ λέβητας ἔχουσαι καὶ ὀβελίσκους πλήρεις κρεῶν ὀλομερῶν· τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἄνδρας ταῖς καλλίσταις τῶν κρεῶν μοίραις γεραίρουσι.]

g) *armati*] Quem morem servasse majores nostros probavit Eccardus ad Leg. Salic. Id autem Romano alienum videbatur, probe memori legis XII. Tabul. *Nemo in urbe cum telo sit*, quanto minus ad convivia procedat armatus cap. 13, 1. [De Persis Ammian. Marcell. XXIII. p. 279. Ed. Lindenbr. *Omnes tamen promiscue, vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur.*]

h) *potando — probrum*] [*Probum* Ed. Nor.] Cic. Phil. II. cap. 27. *domus — plena ebriorum, totos dies potabatur*, i. e. plus quam natura, quae paucis contenta exigit, haurire. Nostri significanter *zechen.* — Interfuistine, mi Corneli, Germanorum compotationibus? Certe nunquam. Tribuis fortasse *genti*, quod *mancipia* a Germanis accepta fecere. Horum palatum ac gulam pellexerant vina Italica, ut modum in bibendo non servarent. Haec conjecit haud invita Minerva Thomasius. [Nec minus Conringius frustra laborem suscepit, majores nostros a crimine ebrietatis liberandi; quam etiam Leg. Salic. Tit. XII. prohiberi necesse erat. Praeterea, quam aliorum populorum notitiam habemus, ea edocti scimus, quo rudiores incultioresque sint, eo magis temulentiae indulgere. De militibus Germanis in Caesaris exercitu refert Appian. B. C. II, 54. οἱ δὲ ὡς ἐκ λιμοῦ πάντων ἐνεπίπλαντο ἀθρόως, καὶ ἐμεθύσκοντο ἀπρεπῶς· καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ Γερμανοὶ γελοιότατοι κατὰ τὴν μέθην ἦσαν. Quaenam similitudo morum inter Germanos et Persas in hisce rebus intercesserit, infra pluribus illustrabimus.]

i) *crebrae*] Rationem crebrarum rixarum reddit ipse Noster Hist. I, 26, 2. *inter temulentos non esse consensum facilem.* [De iracundia German. vd. 25, 2.]

k) *vinolentos — conviciis*] [*Vinulentos* Edd. Spir. Kathar. Nor.] Beat. Rhenanus tentabat *violentos*, quasi vero minus recte dixeris *vinolentum* eum, qui nil nisi cerevisiam bibit. Ipse Noster Annal. XI, 16, 3. *vinolentiam* Cheruscis ascribit, licet *vina* ad se inferri neget passos esse Caesar. B. G. II, 15, 4. [Nervios] IV, 2, 6. [Suevos]. Quid si-

6 caede et vulneribus [l]) transiguntur. Sed et de reconciliandis [m]) invicem inimicis, et jungendis affinitati-

gnificet *vinolentus*, discas ex Cic. Orat. 28. de Senect. 13. In vinolentiam vero quoque majores nostros incidere potuisse constabit ex cap. insequenti, siquidem vinum mercarentur. [Diod. Sic. V, 26. Διόπερ τῶν Γαλατῶν οἱ τούτων τῶν καρπῶν στερισκόμενοι, πόμα κατασκευαζόμενον ἐκ τῆς κριθῆς τὸ προσαγορευόμενον ζῦθος, καὶ τὰ κηρία πλύνοντες, τῷ τούτων ἀποπλύματι χρῶνται. κάτοινοι δὲ ὄντες καθ' ὑπερβολὴν τὸν εἰσαγόμενον ὑπὸ τῶν ἐμπόρων οἶνον ἄκρατον ἐμφοροῦνται, καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν λάβρῳ χρώμενοι τῷ ποτῷ, καὶ μεθυσθέντες, εἰς ὕπνον ἢ μανιώδεις διαθέσεις τρέπονται· διὸ καὶ πολλοὶ τῶν Ἰταλικῶν ἐμπόρων διὰ τὴν συνήθη φιλαργυρίαν ἕρμαιον ἡγοῦνται τὴν τῶν Γαλατῶν φιλοινίαν· οὗτοι γὰρ διὰ μὲν τῶν πλωτῶν ποταμῶν πλοίοις, διὰ δὲ τῆς πεδιάδος χώρας ἁμάξαις κομίζοντες οἶνον, ἀντιλαμβάνουσι τιμῆς πλῆθος ἄπιστον· διδόντες γὰρ οἴνου κεράμιον ἀντιλαμβάνουσι παῖδα, τοῦ πόματος διάκονον ἀμειβόμενοι. De Gallor. vinolentia vd. Polyb. II, 19. — De v. *convicium* vd. Duker. de Latin. Juriscons. p. 187 sq. Ed. Traj.]

l) *caede et vulneribus*] Astipulatur Diod. Sic. V, 28. [Εἰώθασι δὲ καὶ (οἱ Γαλάται) παρὰ τὸ δεῖπνον ἐκ τῶν τυχόντων πρὸς τὴν διὰ τῶν λόγων ἅμιλλαν καταστάντες, ἐκ προκλήσεως μονομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους, παρ' οὐδὲν τιθέμενοι τὴν τοῦ βίου τελευτήν. Haec licentia atque immanitas Germanorum postea refrenata est Leg. Salic. Tit. XLVI. leg. 1. *Si in convivio, ubi quatuor aut quinque fuerint homines, unus ex ipsis interfectus fuerit, ille qui remanet* (i. e. ille qui remanent) *aut unum convictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem collectent, quae lex usque ad septem, qui fuerint in convivio illo, convenit observare.*]

m) *sed — reconciliandis*] [*Et* omissum in Edd. Put. Mon.] Quam absonum sit *reconciliatis*, quod nonnulli [Cod. Arund. Edd. Spir. Kath. Put. Mon.] habent, quemque potuerit docere *consultant*. Quis, quaeso, consultat de factis, quae infecta fieri nequeunt? Fit ejusmodi de futuris. *Reconciliandis* vero non ex ingenio profectum, sed a majoribus, exstat in Codd. Hummel. Longol. [Turic. Edd. Nor. Vienn. Rhen. recc.], in quibus non per notas, sed expressis singulis literis legitur. Comprobat Ernestius. Et quis non

nitatibus n), et asciscendis o) principibus, de pace denique ac bello, plerumque in conviviis consultant, tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes p) pateat q) animus, aut ad magnas inca-

laudaret legens porro: *jungendis affinitatibus*, de quibus tum consultavere nostrates? Mox quidam, in his Vetterus, qui ad sanioris critices adyta non penetravit, edidere *inimicitiis*, [quod in Cod. Turic. vett. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn.] Errorem suum facile deprehendere potuissent proba exemplaria versantes, quibus *homines*, *civitates*, *animi hominum reconciliantur*, nunquam *inimicitiae*, quo nihil absurdius potest cogitari. Fortasse ob insequens *affinitatibus* dederunt *inimicitiis*.

n) *affinitatibus*] Liv. I, 1, 6.

o) *asciscendis*] I. e. assumendis v. Manut. ad Cic. pro Archia 2. Liv. I, 20, 6.

p) *simplices cogitationes*] *Simplex est, qui nihil celat* Cic. Orat. 69. de Fin. II, 14. Huic opposueris *duplicem* Terent. Heaut. Prol. 6. graece δίψυχον Ep. Jacobi I, 8. Is enim *astutus et callidus non aperit secreta pectoris*, aliter ac Germanis in usu veniebat, quibus *detecta et nuda mens* tum erat, teste Nostro in sequentibus. Exhausere ergo, meo quidem judicio, vim *simplicis* h. l. *offenherzig* transferentes Jablonskius et Müllerus. Non autem perspicio rationem Cel. Ernestii, qui *simplices cogitationes* interpretatur *faciles*, *lenes*. Nec memini aliquem veterum, certe, de quo vel pignore contenderim, Tacitum hoc sensu *simplex* usurpare. [De signif. Adjectivi *simplex* (Graec. ἁπλȢς) interpretes admodum dissentiunt. Bredovius, Oberlinus aliique explicant *sincerum*, *apertum*, *in quo nil subdoli*, *simulati*, (qua signific. nil frequentius vd. Thes. Gesn.); hic etiam alteram interpretationem proposuit, qua *simplices cogitationes* sunt *minoris momenti cogitationes*, quae pertinent ad res tenues, domesticas: eamque Dilthejus (eodem fere sensu in Germanicum convertentibus Sprengelio *gewöhnlich*, Schlueterô *einfach*) ob oppositum *magnas*, ut verissimam, tuetur. Mihi cum Emmerlingio p. 18. placet prior, tum quod cum Ernestio *magnas* ad bellum refero, tum quod sequentia *Gens non astuta* etc. ei quam maxime patrocinari videntur. *Cogitationes* sunt deliberationes, consultationes. V. Ruhnk. ad Vellej. I, 10. Heusing. ad Corn. Nep. Dat. 6.]

q] *pateat*] *Patet* animus ad simplices cogitationes, *dum aperit secreta pectoris detecta et nuda mens*. Sic Plin. Ep. I, 15, 4. [Gesn.] *coenare simplicius*, *incautius*.

7 incalescat [r]). Gens non astuta [s]), nec callida [t]) ape-
8 rit adhuc [u]) secreta pectoris, licentia joci [v]). Ergo detecta et nuda [w]) omnium mens postera die retracta-

r) *incalescat*] Illud noverat Civilis apud Tac. Hist. IV, 14. vid. Liv. I, 57, 8. Horat. Od. I, 21, 11. 12. Ovid. Metam. II, 87. Macrob. Saturn. II, 8. -

s) *astuta*] A v. ἄστυ, i. e. urbs. *Urbani* autem *ruri degentibus* versutiores plerumque agunt. Cicer. Offic. III, 13. fin.

t) *callida*] [Ed. Vieun. puncto distinxit post *callida*.] Vid. Donat. ad Terent. Adelph. III, 3, 63. Cic. Nat. Deor. III, 10. Nos *tückisch*. [Cicer. Or. pr. Cluentio 65. *Astutus* fere in malam partem sumitur, *callidus* in utramque. De lect. Cod. Groslot. *aut callida* vd. Passov. Contra gens male audit apud Vellej. Pat. II, 118. *At illi, quod nisi expertus vix credat, in summa feritate versutissimi, natumque mendacio genus.* —]

u) *adhuc*] [Est lectio Codd. Hummel. Turic. Edd. Spir. Kath. aliarumque bonae notae ap. Passov. *Ad hoc* repertum in Codd. Longol. Arund. Ed. Nor. ejeci e textu. *Ad haec* vet. Ed. ap. Jac. Gronov.; de vocc. *adhuc* et *ad hoc* Ruhuk. ad Vell. 118. de vocc. *ad hoc* et *ad haec* V. D. in Supplem. Ephem. lit. Jenens. p. 120. a. 1822. Nolten. Lex. T. I. p. 1294. *Tunc* conjecere Pichena et Cluverius. Passovius, accurate h. l. examinans jure laudat Ernestium, qui dupliciter interpretatur *adhuc:* vel *insuper, etiam,* vel *nunc quoque*. Nondum Germani a Romanis, ad quos Noster quavis occasione respicere solet, artes dissimulandi et fingendi fuerant edocti, nondum aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habebant (vd. Sallust. Catil. 10.) Cf. Prooem. Agricol.]

v) *joci*] Sic legendum cum Ernestio, non *loci*, uti [e sola conjectura Rhenani] Lipsius omnesque eum sequentes [praeter Ern. et Seebod. Miror, cur Sprengel. fluctuarit inter utrumque voc.] *Joci* habent quoque Cod. Longol. et Editt. vett. Cic. de Orat. II, 54, 1. *suavis autem est et vehementer saepe utilis jocus et facetiae* etc. Ergo omnino *genti non astutae, nec callidae* convenit *jocus*. *Joci* quoque legi debet apud Cic. de Orat. II, 68, 1., ubi vulgatum *loci* plane alienum est. [Frequens permutatio harum vocc. in Codd. et Edd. vd. Burm. ad Suet. Calig. 9. Cort. ad Sallust. Catil. 25.]

w) *nuda*] I. e. interprete Cicer. de Orat. II, 86, 1. *evoluta integumentis dissimulationis;* aut secundum ejusdem verba ad Quint. fratrem I, 1. *sine involucris simulationum et dissimulationum*. *Nuda veritas* Hor.

tractatur x). Et salva y) utriusque temporis z) ratio est

Od. I, 24, 7. *simplicitas* Ovid. Amor. 1, 3, 14.]

x) *retractatur*] I. e. rursus tractando emendatur et corrigitur. [Passovius, quia nec constructionem — *mentem retractare* — latinam putaret, nec conclusionem — *ergo* — *retractatur* sententiae satis aptam, ante *ergo* colon et cum Vienn. punctum posuit post voc. *mens*, eumque secutus est Dilthejus. Mihi interpunctio vulgata satis defendi posse videtur; nam si *mens* h. l. accipitur pro consilio, sententia (Gesinnung, Ansicht, Meinung), si *retractare librum*, *causam*, *orationem* e. i. q. denuo examinare ad aliquid mutandum aut emendandum: cur non *mentem retractare* (insolentius quidem) dici possit, ut significet: ea quae nude et aperte per jocum in convivio dixeris, deliberaveris, postera die denuo serio examinare, utrum rata sint habenda, an contra decernendum: *die offenen und ungeheuchelten Aeufserungen — Ansichten aller werden am folgenden Tage einer neuen Prüfung unterworfen.*]

y) *salva*] Male Lipsius aliique *sua*: *salvum* i. q. integrum interprete Cic. de Fin. II, 11. Re *salva* et *perdita* opponuntur Terent. Eun. II, 2, 27. Nemini igitur est fraudi, in convivio hoc velle, idem vero nolle, vel mutare die postera, cum est sobrius. Nisi mihi blandior, apertiora haec sunt quam quae Lipsius, Gronovius, Ernestius largiori manu ascripsere, ceterum ab ipso itinere non decedentes. Nostri dicerent: *unnachtheilig.* [Locutio *salva est ratio* seu *constat ratio* desumta est a rationibus, quae tum constare dicuntur, cum accepta et expensa bene conveniunt, aut legitima summa computationi respondet, cf. Cort. ad Plin. Ep. II, 5 et 15, 9. Tac. Ann. I, 6. Salva igitur est utriusque temporis ratio, seu non turbata et implicata, cum Germani bene collocati rationem reddere possint, utrique tempori suum tribuant, nec alieno tempore aliquid agant: deliberant in conviviis, dum secretis pectoris apertis fingere nesciunt; constituunt sobrii, dum mentis compotes, omnibus rebus diligentius expensis, errare non possunt. Cf. Hartmann. Observ. in Tac. Germ. Part. II. p. 7. fuse de interpretum sententiis disputantem.]

z) *temporis*] Conviviorum prioris diei, et sobrietatis posterae diei. Plane, ut Herodot. I, 133. de Persis scribit. [Quum nostra aetate Germanorum origo a nonnullis, ut nominem tantum Jos. de Hammer., ad Persas referri sit coepta, hunc morem utrique populo communem pluribus locis vett. scriptorum illustrabimus. Herodot. l. l.: νήφοντες δὲ

9 est. Deliberant, dum fingere nesciunt; constituunt, dum errare non possunt.

Caput XXIII.

De Germanorum potu, ciboque et ebrietate.

1 Potui a) humor ex hordeo aut frumento b), in quan-

κάρτα προςκέαται· — μεθυσκόμενοι δὲ εἰώθασι βȣλεύεσθαι τὰ σπȣδαιέστατα τῶν πρηγμάτων· τὸ δ᾽ ἂν ἅδῃ σφι βȣλευομένοισι, τȣ̃το τῇ ὑστεραίῃ νήφȣσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τȣ̃ ἂν ἐόντες βȣλεύωνται. Καὶ ἢν μὲν ἅδῃ καὶ νήφȣσι, χρέωνται αὐτέῳ· ἢν δὲ μὴ ἅδῃ, μετιεῖσι. Τὰ δ᾽ ἂν νήφοντες προβȣλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγιγνώσκȣσι. Strab. XV. p. 697. Ed. Basil. ἐν οἴνῳ τὰ μέγιστα βȣλεύονται, καὶ βεβαιότερα τῶν ἐν νήψει τίθενται. Ammian. Marcell. XVIII, 5. p. 132. Lindenbr. De ebrietate Persarum vd. Xen. Cyrop. VIII, 8, 6. Quomodo singula fere verba hujus cap. Romanorum institutis sint opposita vd. apud Passov.]

a) *potui*] I. e. ad potum, de more Nostri cap. 16, 6. 46, 6. Senec. de Ira II, 25, 2. ibique Gronov. [Tac. Ann. III, 31. Hist. III, 32. Cort. ad Sallust. Jug. 31.] Sic mox *ex hordeo* est *hordaceus*, ut indicetur, unde ille potus fiat: quemadmodum Plin. Hist. Nat. XVIII, 11. *panem hordaceum* appellavit. [*Hordeum*, non, quod Longolio placuit, *ordeum* scribendum, quamvis Cod. Tur. et Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Rhenan. id exhibeant (nam est a verb. *horrere*) vd. de scriptura Cellar. Orthogr. lat. T. I. p. 231. T. II. p. 15. Ed. Harles. Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 312.]

b) *frumento*] Scil. id genus alia, sive reliquo. Nam *hordeum* frumenti genus Varr. R. R. I, 47. Plin. Hist. Nat. XVIII, 7, 1. Veget. I, 13. vid. quo-

quandam similitudinem vini corruptus [c]). Proximi ripae [d]) et vinum mercantur [e]). Cibi simplices [f]), 2 agrestia poma [g]), recens fera [h]), aut lac concretum

que Flor. II, 19, 12. [*Frumentum* κατ' ἐξοχήν est triticum vd. Gesner. in Thes. T. II. p. 748. Bredov. ad h. l. Quod genus potionis fermentando confectae (cerevisiam nos dicimus) apud alias gentes etiam invenitur: apud Aegyptios Herod. II, 77. ib. Wess. οἶνος ἐκ κριθέων πεποιημένος. Diod. Sic. I, 34. (ζῦθος id.), apud Hispanos Oros. V, 7. Flor. II, 18, 12. (*celia*), apud Gallos Plin. H. N. XXII, 25. (*cerevisia*) XIV, 29. Celtas (vd. not. ad cap. 22.) Diod. Sic. V, 26., Strab. IV, 5., apud Pannonios Dio Cass. XLIX, 36. Ammian. Marcell. XXVI. p. 348. ibiq. Lindenbrog. (*sabaja — Est autem sabaja ex hordeo aut frumento in liquorem conversus paupertinus in Illyrico potus* — verba procul dubio e Nostro expressa).]

c) *in — corruptus*] [*Corrupti* Cod. Arund. *In similitudinem vini* non cum Longolio de colore, sed potius de sapore acceperim. *Corruptus* i. q. mutatus, conversus. Virg. Georg. II, 466. vd. not. supr. ad voc. *infectos* cap. 4.]

d) *ripae*] Nimirum Rheni, Caes. B. G. IV, 3, 3. hic supra cap. 17, 3. [ibiq. not.]

e) *mercantur*] Secus ac Nervii. v. Caes. l. l. II, 15, 4. et Suevi IV, 2, 6. [Quis primus vites in Germania cisrhenana severit, non certo constat: vulgo Probum Imp. Rom. ex Vopisc. 18. hoc permisisse Germanis colligitur; vites procul dubio a Gallis vicinis acceperunt.]

f) *simplices*] I. e. sine apparatu, sine blandimentis, non compositos: *einfach.* [Nullo condimento corruptos. Martial. IV, 30.] Mela III, 3. ergo dicit Germanos *victu incultos.* Omnis enim *cultus* quo major est, eo magis a *simplicitate* recedit. Supra cap. 14, 9. Noster appellaverat *incomptos.* Hinc Germanorum istorum robur. Nam Plin. Hist. Nat. XI, 53. pronuntiavit: *Homini cibus utilissimus simplex.* [XVIII, 17. ait Germanos pulte vesci.]

g) *agrestia poma*] Virg. Aen. VII, 111. In Germania vero nonnisi *agrestia poma* proveniebant. Infra cap. 26, 3. Non est igitur, quod quidam hoc in dubium vocent, cum ne nunc quidem ubicunque locorum patriae nostrae *pomaria conserantur.* Inter *poma* vero numerantur nuces, baccae, ficus, mora, mala, uvae. v. Plin. Hist. Nat. XVII, 16. Jul. Paull. I, 16. p. 165. Dig. de V. Signif. [Ed. Torr. Barth. T. II. p. 265. tantum de malis et piris intelligi

tum.[i]): sine apparatu[k]), sine blandimentis[l]) ex-
3 pellunt[m]) famem. Adversus sitim non eadem tem-
4 perantia[n]). Si indulseris ebrietati, suggerendo, quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis[o]), quam armis, vincentur.

Caput XXIV.

vult. Vd. Gesner. Thes. T. III. p. 941.]

h) *recens fera*] I. e. caro ferae beluae modo ictae nec jam putrescens. Metonymice. Virg. Georg. III, 301. ubi Servius. Strab. VII. p. 443. κρέας νέον. Apud Apicium tamen *carnes recentes* distinguuntur a *coctis*. Germanos vero *cruda* quoque carne usos fuisse scribit Mela III, 3. [Contra Posidon. ap. Athen. p. 153. e: προςφέρονται κρέα μεληδὸν ὠπτημένα. Flor. III, 3. 13. Cimbros scribit *panis usu, carnisque coctae et dulcedine vini mitigatos*. Cf. Dithmar. not. ad h. l.]

i) *lac concretum*] Virg. Georg. III, 463. Nec solum caseum Caes. B. G. VI, 22, 2., nec solum butyrum Plin. Hist. Nat. XXVIII, 9. XI, 41. sed utrumque, caseum juxta atque butyrum posse intelligi cum Cluverio statuerim. [Broterius *lac concretum* de butyro, Barthius T. II. p. 251. de lacte coagulato et caseo, Dilthejus recte tantum de lacte coagulato accipit.]

k) *sine apparatu*] Romani contra vescendi causa terra marique omnia exquisiverunt, quod suis exprobrat Sallust. Catil. 13, 3. [Etiam coquos immenso pretis sibi parabant v. Plin. H. N. IX, 17. *At nunc coqui triumphorum pretiis parantur, et coquorum pisces. Nullusque prope jam mortalis aestimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit.* Plura dabit Meiners. de corr. morib. Roman. p. 116 sq.]

l) *blandimentis*] Petron. 141. Germani autem uti poterant verbis Colum. XII, 47, 1. [Romani multis condimentis, quae stomachum lassum pervellerent, uti solebant, caepa, sisere, halece; itemque aliis ad emendandum foetorem laxae ferarum carnis, ut apri, rapulis, lactucinae Horat. Satyr. II, 8, 6.]

m) *expellunt*] *Depellere* Cic. de Fin. I, 11. [Tac. Ann. XV, 12. *propulsare* 24. *pellere* Tibull. II, 1, 8.]

n) *temperantia*] Supra cap. 4, 3. [22, 4.]

o) *vitiis*] Sic quoque MSC. Long. Hummel. et Ed. Rhagiana cum reliquis omnibus. MSC. Bamberg. *vino* a manu librarii, quod hic locum habere nequit. Tum enim languesceret oratio. [Gronovius ita locum interpretatur: »Neque enim invictos et vino et armis significari puto, neque tamen etiam facile armis vinci

Caput XXIV.

De uno genere spectaculorum. Perditum aleae ludendae studium; in qua fides eorum conspicua.

Genus spectaculorum unum atque in omni coetu a) idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas b) frameas saltu jaciunt c). Exercitatio artem parat d), ars decorem e): non 1 2

Germanos; sed si quis ea irretire possit eos illecebra, juxta facile victum iri hoc genere vitiorum quam inexsuperabili vi armorum, quam *armis*; i. e. ea mole armorum, quibus vinci possunt. Vd. Ann. I, 50.“]

a) *spectaculorum — coetu*] [*Caetu* Ed. Spir.] Genus spectaculorum erat idem, exclusis eorum *illecebris*, quibus narrante Nostro cap. 19, 1., se corrumpi non patiebantur probae illae Germanorum mulieres. Mares tamen decebat spectaculorum genus in usum bellorum.

b) *infestas*] [I. e. adversas.]

c) *saltu jaciunt*] [I. e. saltant, seu saltu se immittunt.] Sane Lacedaemonios etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus, Quinctil. I, 11, 18. [Crag. de rep. Laced. p. 313 sq. De πυῤῥίχῃ Graecorum cum hoc ludicro conferenda vd. Periz. ad Aelian. V. H. III, 8. Sturz. Lex. Xen. s. v. Salmas. Exerc. Plin. T. I. p. 170. De hac saltatione German. v. Beckmann. Observatt. minor. III, 7. p. 449, in cujus locum postera aetate successere ludi equestres, seu torneamenta (*Turniere*). De Francorum ludicro v. Sidon. Apollinar. V, 264 sq.] Huic *ludicro* respondere *choream*, quam vocant *gladiatoriam*, quae ducitur inter et subter gladios strictos et lingua nostra *Schwerttanz* dicitur, jam notavere alii. Conf. Alex. ab Alexand. Gen. Dier. III, 21. Fecisse autem videntur, ut corpus agile et leve redderent. [Hinc *assultus et velocitas corporum* Ann. II, 21. Passim e Tacito disci potest, Germanos, bello laetam et ad arma natam gentem, exercendo corpori mirum quantum operam dedisse, ut natando, Hist. II, 35. V, 14. Mela III, 3. Vd. not. supr. ad cap. 22. p. 94.]

d) *parat*] [Sic omnes Codd. Edd. Spir. Kath. aliaeque ap. Passov. *paravit* Edd. Rom. Nor. Longol. Oberl., quod prae altero placet Passovio, vulgatam tamen retinenti.]

non in quaestum [f]) tamen, aut mercedem [g]); quamvis audacis [h]) lasciviae [i]) pretium [k]) est, voluptas
3 spectantium [l]). Aleam [m]), quod mirere [n]), sobrii inter seria [o]) exercent, tanta lucrandi perdendive [p]) teme-

e) *decorem*] MSC. quidam *decorum*. Nihil opus. Quinctil. I, 11, 19.

f) *in quaestum*] [*Questum* Ed. Spir.] I. e. *ad quaestum*. Noster Hist. II, 56, 2. 3. *in praedam aut — ad excidium*.

g) *mercedem*] Respicit Noster hisce ad *mercedem*, quam largissime accipiebant vel jam olim scenici, ut observavit Bulenger. de Theatro I, 58. [Apud Romanos ludos quaestus potissimum et mercedis gratia factos fuisse docet P. Faber in Agonist. III, 19. 20. in Gronov. Thes. T. VIII.]

h) *audacis*] Apposite ad lasciviam, siquidem animus paratus ad periculum, qui sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciae potius nomen habet, quam fortitudinis Cic. Offic. I, 19.

i) *lasciviae*] *More juvenum, qui militiam in lasciviam vertunt*, ut Noster Agric. 5, 2. v. Liv. XXXVII, 20.

k) *pretium*] Secus atque in ludis Circensibus Romanorum v. Virg. Aen. V, 109 sq. [*Pretium* i. q. praemium apud optt. scriptores, Ciceronem, Livium etc.; Tac. Ann. II, 20. III, 40. VI, 3. XIII, 56. Hist. I, 11. III, 20. Gernhard. ad Cic. de Sen. 4. (etiam de confusione vocc. pretium et praemium).]

l) *voluptas spectantium*] Ejusmodi enim *ludicrum* Nostro Annal. I, 54, 3. *voluptas vulgi*. XIV, 14, 4. *vulgus cupiens voluptatum*.

m) *aleam*] [Gebauer. de alea et fide vett. Germ. p. 461 — 487. A. Senftlebius de alea Romanorum in Gronov. Thes. Antiq. Graec. T. VII. p. 1121 sq.]

n) *quod mirere*] [Nam res serias in conviviis ebrii tractabant cap. 22, sobrii aleam, rem ludicram, exercebant. Non respexit Tac. ad Romanos, qui inter coenam ebrii ludere solebant. Sueton. August. 71. Alea se oblectare olim Romani vetiti, quod nonnisi Saturnalibus permissum fuisse tradunt Martial. IV, 14. Horat. Od. III, 24, 58. Mitscherl.]

o) *inter seria*] Romanis moribus adversum notavit Suet. Domit. 21, illum *alea se oblectasse etiam profestis diebus matutinisque horis*. Sidon. Apollin. Epist. I. ad Agric. II. de Theodorico, Ostrogothorum rege, tamen scribit: *putes illum et in calculis arma tractare. Sola est illi cura vincendi*.

p) *lucrandi perdendive*] Ovid. Art. Am. I, 451 sq. ibique Heinsius.

temeritate q), ut, cum omnia defecerunt r), extremo ac s) novissimo t) jactu u) de libertate ac de corpore v) contendant. Victus voluntariam servitu- 4
tem adit: quamvis juvenior w), quamvis robustior, alli-

q) *temeritate*] Cic. Offic. I, 10. pro Plancio 4.

r) *defecerunt*] I. e. cum tanto impetu sine judicio lusere, ut omnia perdiderint, atque fecerint, ut nihil supersit, quo damnum resarciant. Ut vero MSC. Turic. *defecerint*, quae lectio Ernestio magis placet, etsi et vulgata ipsi bene habet, reciperem, reliquis omnibus invitis, nondum mihi persuaderi potuit. Quasi vero *cum* respuat Indicativum, et semper Subjunctivum requirat. Eam vulgi opinionem redarguit Vossius. Supra 21, 6. *cum defecere*.

s) *extremo ac*] Heumannus *extremo ac* ejecit, quasi ab ignaro librario textui insertum, et, ut ea melius cohaererent, *ac* appositum fuisset. Noster quidem nunquam, quod sciam, conjunxit *extremum* et *novissimum*, nec profundit verba, sed tamen iis non parcit, si iis opus est ad exprimenda animi sensa. Cap. 16, 2. 14, 6. et 2. 27, 5. Videant aequi judices. [Refutavit Heumannum Gebauer. p. 487 sq.]

t) *novissimo*] Varro apud Gell. X, 21, 2. memorat, *extremum novissimum* quoque dici coeptum. Reperitur quoque apud Ciceronem, Livium aliosque, opponiturque *primo* Quinctil. II, 1, 3.

u) *jactu*] [*Tactu* Ed. Mon.] *Jactus* usurpatur de alea. Augustus apud Suet. 71. [Liv. IV, 17.] Cic. de Divin. I, 13. Ovid. Art. Am. III, 353.

v) *de libertate ac de corpore*] [*Et de corpore* c. Lipsio Edd. recc., ut Bip. Oberlin. etc. *ac de corpore* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov.] Nimirum *corpora sua in voluntariam servitutem addicentes*, quod Lipsio expressit verba: *o foeda, o barbara!* postquam ex Ambrosio de Tobia cap. 11. de Hunnis transscripsit, eos frequenter tanto ardore rapi, ut, cum ea, quae sola magna aestimant, arma victus tradiderit, *ad unum aleae jactum vitam suam* potestati vel victoris, vel feneratoris addicat. Non tamen erat haec contentio Germanorum priscorum, ut ita victus occideretur. Erat ea *de libero corpore* per Hendiadyn, Nostro familiarem, sive *de corporis libertate*, per Enallagen casuum.

w] *juvenior*] Cur enim id a vulgari *junior* [Cod. Tur. Edd. Spir. Kathar. omnium ante Long.] diutius pateremur deturbari possessione, qua gaudet in Codicibus Longol. et Hummel. [Ed. Nor.], quod et Ernestius vidit, etsi non ausus est auctori suo restituere? Ita in Plin. Ep. IV,

alligari [x]) se ac venire patitur. Ea est in re prava pervicacia [y]): ipsi fidem [z]) vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exsolvant [a]).

Caput XXV.

Servorum conditio alia quam apud Romanos: quomodo eos tractaverint. Liberti non multum supra servos, quorum nonnisi in civitatibus, quibus reges praesunt, aliquod est momentum.

Ceteris [a]) servis [b]), non in nostrum morem [c]) descriptis per familiam ministeriis, utuntur. Suam quis-

8, 5. [Gier.] Appuleji Metam. VIII. et Columell. IX, 11, 9. invenitur. [Sic *ditior* et *divitior* erant in usu vd. Gernh. ad Cic. Par. p. 240. *Quanvis* Ed. Spir.]

x) *alligari*] [*Alligaris* e Ed. Spir.] *Alligari* i. e. vinciri, compositum pro simplici *ligari*. Sic infra cap. 39, 3. *vinculo ligatus*. [Vd. Ernest. ad h. l.]

y) *pervicacia*] *Pervicaces* sunt Scholiast. Horat. Epod. 17, 14. *qui in aliquo certamine ad vincendum perseverant*. Hinc Non. Marc. de Propr. serm. 5, 40. *pervicacem* et *pertinacem* distinguit. Utrumque tamen confundi notavi ad Plin. Ep. X, 97, 3. [*Fides contumax* Tac. Hist. I, 3.]

z) *fidem*] Apud Tacit. Annal. XIII, 54, 5. [ibiq. Lips. de Sueton. item narrante in vit. Claud. 25.] Frisiorum legati exclamant, *nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse*. Vid. Gebauer. aliique. [Moeser. Hist. Osnab. T. I. p. 59.]

a) *exsolvant*] Quo sensu invenitur quoque in Nostri Annal. XIII, 36. extr. XIV, 12, 6. Suet. Tib. 25. [*Pudore* Tac. Hist. III, 61. *curis* Plin. Paneg. 79.]

a) *ceteris*] Secernit igitur hos probe ab illis cap. praecedente laudatis, quos alea in servitutem dedit. Num *ceteri*, de quibus in hoc capite sermo est, omnes

quisque sedem d), suos Penates regit e). Frumenti 2 mo-

extranei fuerint, ut Metting. censuit, dubito. [Servi fiebant 1) vel bello capti, ut Romani ex clade Variana Annal. XII, 27. ut Ansibariorum liberi in praedam divisi XIII, 56. 2) vel in servitute nati Germ. 20. 3) vel qui sua sponte, sive alea victi vd. cap. antecedens, seu inopia et egestate coacti in servitutem aliis se addixerant, Ann. IV, 72., cum Frisii, qui tributum a Druso impositum solvere non poterant, liberos et uxores servitio traderent (vd. de Gallis Caes. B. G. VI, 13). Hi medio aevo *Oblati*, contra *Obnoxiati* dicebantur, qui ex delicto, ut matrimonio cum ancilla contracto, natalibus, in servitutem tradebantur cf. Dithmar. ad h. l. Barth. Hist. T. II. p. 381 sq. discernit duplex genus servorum: *Sklaven und hörige Leute* (*lidi* medio aevo dicti).]

b) *servis*] [Nulla erat idonea causa, cur Longolius laudaret Cod. Longol. *servis* omittentem.]

c) *in nostrum morem*] Sic cap. 6, 6. 16, 3. [alibi *in modum nostr.* Hist. III, 46.] Apud Romanos enim cuique servorum sua opera erant *descripta*, i. e. dimensa aut distributa. [Vid. Pignorius de servis in Polen. Thes. Antiq. T. III. et Popma de operis servorum ibid. Gebauer. p. 395 sq. et Dithmar. ad h. l. Meiners. de corr. mor. Rom. p. 173. Familia erat vel urbana vel rustica: ex illa nominasse sufficiat tonsores, comoedos, medicos, muscarum abactores, paedagogos, grammaticos, pistores, coquos, chirurgos, balneatores, nomenclatores, pedisequos, sutores, textores: ex hac aratores, vinitores, tonsores ovium, olivitores, fossores, colonos. Postera aetate etiam Germani servis a ministeriis nomina imponebant, erantque iis fabri, retiarii, carpentarii, sutores, auriferi, molinarii etc.]

d) *sedem*] Bene interpretatur Gebauer.: integra alicujus patris familias possessio praeter habitationem etiam aream, stabula, horrea, hortos, complexa. Medio aevo est *curia*, nostris *Hofraite*. Apud Nostrum vertere: *Wohnung*.

e) *regit*] Habuit ergo quisque Germanorum *servos*, quos regeret, qui ei obsequerentur. Hoc autem non erat moris apud Taciti populares, igitur ejus erat, ut de Germanis scribens id indicaret, ne cum Romanorum servis confunderentur, et, quae sequuntur, intelligerentur. Nam Romanorum servis per se nullum erat regimen, ut patet ex Gundlingio. *Servi* vero nomen latissime patens complectitur omnes illos, qui habita quacunque ratione, seu personae seu praediorum, alteri essent obligati.

modum [f]) dominus, aut pecoris [g]), aut vestis [h]), ut colono [i]) injungit; et servus hactenus paret [k]). Cetera domus officia uxor ac liberi exsequuntur.
3 Verberare [l]) servum ac vinculis et opere coercere [m]), rarum. Occidere solent, non disciplina et seve-

f) *modum*] [*Domum* Ed. Put.] I. e. mensuram, uti ex innumeris locis veterum scriptorum constat.

g) *pecoris*] I. e. equorum pro agri conditione.

h) *vestis*] Nec cum Thomasio de sartoribus, neque cum Gebauero de textoribus acceperim *vestem*, sed de lino lanave per metonymiam. [Anton. interpr. vernac. p. 148. de vestibus; cf. eundem de hoc cap. p. 147 sq.]

i] *ut colono*] Tacitus animadvertens minus congruenter servorum nomen ad majores nostros transferri, bene fecit, quod adderet *ut colono*, quem Columell. I, 7, 1. *servo* opponit, cumque eo comiter agat, *domino* suadet. Eorum autem conditionem fere hodie esse *hominum propriorum* in quibusdam Germaniae provinciis scribit Gebauer.

k) *paret*] Secus atque apud Romanos, quibus servus plane paret. Seneca de Clement. I, 18. humanius sentit. [Passovio, cum quae essent *cetera domus officia* plane non perspiceret, et domum servi, non domini intelligeret, nec *cetera* vi adverbii a voce *domus* sejungeret, haec emendatio in mentem venit: *et servus hactenus paret, cetera liber. Domus officia — exsequuntur.* Alius V. D. in Ephem. lit. Jen. 1818. Nov. ita malit dispungi: *et servus hactenus. Paret cetera domus: officia uxor ac liberi exsequuntur.* Neutra ratio loci expediendi placet; sed *domus* accipio de domino, et *cetera* adverbialiter, de quo praeter Passov. vid. Tac. Ann. VI, 42. Tursellin. de partic. p. 137. Ruddimann. Instit. Gr. lat. T. II. p. 62. Stallb. Jani poet. lat. p. 132. De officiis vd. cp. 15. De sensu loci consule Orellium.]

l) *verberare*] [*Verberant servum, ac vinculis et opere coercere rarum, occidere solent.* Ed. Nor.] Apud Romanos in servos saevitum est. Juvenal. VI, 219 sq. Plin. Hist. Nat. IX, 23. Senec. de Ira III, 40. de Clem. I, 18. Epist. 46. 47. [Heyn. Opusc. acad. T. III. p. 189. Boettig. Sabin. T. I. p. 308.]

m) *opere*] [Scil. rustico; nam *opus* per excellentiam significat laborem rusticum vd. Gernhard. ad Cic. de Sen. p. 110. Durioribus laboribus imponendis Romani in servos saeviebant. Severitas in servos jam Servii Tullii, posteaque Imperatorum Augusti, Claudii etc. legibus coercita est.]

severitate, sed impetu et ira n), ut inimicum o); nisi quod impune p). Liberti q) non multum r) su- 4
pra servos s) sunt, raro aliquod momentum t) in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gen-

n) *disciplina — ira*] I. e. disciplina severa — impetu iracundo. [Seu disciplinae severitate, Hist. I, 51. *irae impetu.*] More Taciti, vid. ad 17, 6. [Hirt. B. A. 48. *militarem disciplinam et severitatem minuere.* Utrumque Noster jungit Dial. de corr. eloq. cap. 28.] Dum vero ait, Germanum dominum suos servos vel potius colonos occidere *non disciplina*, respicit de more suo populares suos, qui exercebant domesticam disciplinam sine ambagibus, ut sederent judices.

o) *inimicum*] [*Ut in inimic.* Ed. Vienn.] Ergo non ut *servum Romanum*, cujus vita plane in manu domini erat.

p) *impune*] [Praeter Codd. et Edd. a Passov. laudatos etiam Spir. Kath. habent *impune est*, contra Tac. morem, qui amat omittere verbum *esse*. Broterius T. VI. p. 244. observat, suum servum occidere, impune fuisse: sed, si quis alienum servum occidisset, servi domino pretium fuisse solvendum, apposite laudans Leg. Salic. Tit. XI. leg. 2. Aliter apud Orell. in Legg. Visigoth. L. VI. Tit. V. l. 12. *Servum suum extra publicum examen occidere quicunque praesumserit, pro facti hujus temeritate libram auri fisco persolvat.* Legg. Ripuar. Tit. LXII. *Si quis servum suum tributarium aut litum fecerit, si quis eum interfecerit, triginta sex solidis culpabilis judicetur.*]

q) *liberti*] Terent. Andr. I, 1, 10. 11. Noster Agric. 19, 3. Ernestius contra Codd. et Edd. substituit *libertini*, quasi esset ultima hujus syllaba absorpta a sequente *non*, praesertim quia mox sequatur *libertini*. At vide mox §. 8. [Vd. Gebauer. de libertinitate vett. German. p. 420 sq. *Liberti* Barthio T. II. p. 387. sunt *lidi*, media conditione inter servos et ingenuos. Quanam ratione apud priscos Germanos servi fuerint manumissi, incertum: de manumissione apud Francos vd. Dithmar. ad h. l., Rothar. Legg. §. 223 sq.]

r) *non multum*] Apud Romanos aliter. Suet. Ner. 35. Tacit. Annal. XIV, 65. Plin. Paneg. 88, 1. vid. tamen Cic. ad Quint. Fr. I, 1, 4.

s) *supra servos*] Quo plus Germanorum servi supra Romanorum servos fuerint, eo minus *liberti* supra servos esse potuerunt, si qui apud Germanis fuere liberti; quos Noster ex interpretatione sua, ut innumera alia, effinxerit, ut haesitem Gebauero de libertin. §. 2. subscribere.

gentibus, quae regnantur u). Ibi enim et super ingenuos v) et super nobiles w) ascendunt. Apud ceteros x) impares y) libertini z) libertatis argumenmentum sunt.

t) *momentum*] [Cod. Arund. *aliquid momenti.* Hist. I, 59. Justin. XI, 4. Liv. III, 12.] Omnium optimus interpres Lucan. III, 337 sq. [Gebauer. p. 430. Passov. ad h. l. Meiners. de corr. moribus Romanor. p. 175.]

u) *iis — regnantur*] [*His* Ed. Nor. *is* Vienn.] Infra cap. 43. Annal. XIII, 54, 1. Hist. I, 16, 7. [Gebauer. p. 25.; idem βασιλεύεσθαι.]

v) *ingenuos*] Ingenuus est is, qui statim, ut natus est, liber est.

w) *nobiles*] Infra 44, 5. 6.

x) *ceteros*] Gebauer. malit *ceteras*, scil. gentes. Est vero Synesis, seu constructio ad sensum potius, quam ad verba, omnibus scriptoribus familiaris. [Exempla Syneseos seu Syntheseos dabunt Cort. ad Sall. Catil. 5, 6. Heusing. ad Cic. de Offic. I, 34. Corn. Nepot. Iphicr. 2.]

y) *impares*] [*Impare* Ed. Spir.] I. e. libertini in libera republica minus valebant, quam iis in gentibus, quae regnantur. Et quo majori libertate populus gaudebat, eo minus poterant libertini.

z) *libertini*] Teste Sueton. Claud. 24. [ibiq. Wolf.] hic ignarus erat, temporibus Appii Caeci Censoris et deinceps aliquamdiu *libertinos* dictos non ipsos, qui manu mitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Hanc distinctionem Taciti aevo non fuisse observatam declarat ipse Noster Ann. XIII, 27, qui, quos §. 3. *libertinos* ingenuis *oppositos* nominaverat, §. 5. appellat *libertos*. Id si Ernestius secum reputasset, non castigasset supra *libertos*, quos libri ad unum omnes praestant, suggerendo illis *libertinos*. Casaub. ad Suet. Aug. 25. jam pronuntiavit: vetustiores *libertos* vocabant, posterior aetas etiam *libertinos*. [*Libertus* ratione patroni, a quo erat liberatus, *libertinus* ratione status dicebatur. Bredov. ad h. l. Heindorf. ad Horat. Sat. p. 153.] Cui lubet, evolvat Torrentium ad Suet. Claud. 24. Sigon. Heinecc. Doering. Vallam in Duker. Latin. vet. Ict. [p. 378.] defensum. Imo *liberti dimissi* in Pacto Leg. Salic. Tit. XXX. et Leg. Ripuar. Tit. LVII. dicuntur *ingenui*.

Caput XXVI.

Caput XXVI.

Fenus exercere, ignotum. Agros secundum dignationem inter se partiuntur. Agriculturae non admodum student. Auctumnus ignoratur.

Fenus agitare, et in usuras extendere [a]), igno- 1
tum

a) *Fenus — extendere.*] [*Foenus* Longol. c. plerisque Edd., licet commendarit *fenus*, quod recepi, cum de scriptura *faenus* Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 79. probata mihi nondum satis constaret.] *Fenus* significat 1) pecuniam, quae sub usuris ponitur, sive das Capital. [Vd. Gesner. Thes. T. II. p. 704.] 2) usuras ipsas, die Zinsen. Priorem significatum hic locum habere, patet ex sequentibus *et in usuras extendere.* Posteriorem vero significationem Tacito tribuere idem esset ac non nosse, eum idem per idem scripsisse, siquidem tum *fenus* et *usura* non differrent re ipsa. Quare ex Non. Marcell. V, 70. *mutuum* a *fenore* hoc differt, quod *mutuum* sine *usuris*, *fenus* cum *usuris* sumitur. Totam rem pene exhausit Noodt. de Foenore et Usuris. [Crux interpretum hic locus. Antonium, qui interpret. vernac. p. 151. locum ut spurium et nexum turbantem delendum esse censet, secutus Schlüterus. Passovio, cui de h. l. difficillimo non constat, placet saltem sententia Emmerlingii, qui etiam contra Antonium disputans verba sic expedire est conatus p. 22: fenus agitare et in usuras extensiores (grandiores) collocare. Dilthejus sicco fere pede locum transiit. Schlüterus (Ed. II.) *Wucher treiben und durch Zinsen steigern*, Strombeckius *Wucher treiben und durch Zinsen sich bereichern.* Optime mihi sensum Taciti perspexisse videntur, qui verba *in usuras extendere* de Anatocismo seu usuris usurarum acceperunt, ut Sprengelius, V. D. in Ephem. lit. Jen. Nov. 1818, Thiersch. in Act. Philol. Mon. T. III. Fasc. 3. p. 470, cujus notam luculentam adjicere lubet: »*Foenus sors est sub usuris posita, usurae* reditus ex foenore. Jam foenus in usuras extendere est, cum usuras foenori addas: eoque usuras ex usuris ducas, quod alias dicitur *usuras sorti adjicere*, Graece vero τόκος τῷ κεφαλαίῳ προςτιθέναι, quod, licet gravissimis poenis interdictum, [antiquissimis temporibus licitum fuisse observat Heinecc. Antiq. Part. II. p. 94.], tamen facere solebant Romanorum non tantum foeneratores, sed etiam interdum Bruti atque Senecae. Cf. Pitisc.

tum [b]); ideoque magis servatur [c]), quam si veti-
2 tum [d]) esset. Agri pro numero cultorum ab universis [e]) per vices [f]) occupantur, quos mox inter se

Lex. Antiqq. Romm. s. *foenus* et *usura*, Plutarch. Lucull. p. 504. E. (cap. 20. Ed. Reisk.), ubi de foeneratoribus Asiae: ὁ δε τῶ τόκον τῷ κεφαλάιῳ προςάψας ἐστέρητο τοῦ παντός ex edicto Luculli.« De Anatocismo vd. Ernest. Cl. Cicer. et Heinecc. l. l. Quantum Romani feneratores pecunias gravi fenore collocarint rempublicamque lacerarint docent Gronov. de Sestertiis Lugd. Bat. 1691. 4. Tacit. Ann. VI, 16. Obbarius ad Horat. Ep. I, 1, 80. *Fenus agitare* i. q. fenus facere, exercere Tac. Ann. IV, 6. ibiq. Gronov.]

b) *ignotum*] [Cur fenus agitare Germanis ignotum fuerit disces supr. e cap. 5. Thiersch. l. l. mutari jubet *ignotum* in *ignominiosum*, rationem afferens: »Quomodo, quod ignotum est, servari dici poterit? Servatur id, quod more, usu, lege institutum est, quod vero prorsus ignotum est atque latet, id neque servari, neque non servari dici a quoquam sanae mentis poterit.« Equidem retineo vulgatam, quam Passovius cum Ernestio et Emmerlingio p. 21. ita explicant, ut *abstinentia a fenore agitando* suppleant, cujus constructionis ellipticae exempla suppeditabunt Heusing. ad Corn. Nepot. Alcib. 3, 6. (adde Bardil. not.) Perizon. ad Sanct. Minerv. IV, 8, 5. p. 713. Mihi autem simplicissima loci interpretatio esse videtur, qua *servare*, ut saepius apud scriptores latinos, accipitur pro verb. *cavere* vd. Ind. Edit. Oberlin.: *Wucher treiben und ihn auf die Zinsen ausdehnen ist unbekannt; deſswegen wird dieſs mehr verhütet (wird diesem Uebel mehr vorgebeugt), als wenn es verboten wäre.* Nam plus ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges v. cap. 19. Vitium ignotum magis cavetur, quam si ejus legibus prohibiti homines admonentur. Justin. II, 2. *Plus in illis* (Scythis) *proficit vitiorum ignoratio quam in his* (Graecis) *cognitio virtutis.*]

c) *servatur*] Nec explicandum cum Conringio *spernitur*, nec locum habet Salmasii legentis *aversantur*. Nam ignoti nec cupido nec aversatio. Ex mente Taciti brevitatis studiosissimi *servabatur* abstinentia fenoris agitandi et in usuras extendendi. Suffragatur Ernestius cum Heraldo; nec refragabitur Colerus. Plin. X, 115, 3.

d) *vetitum*] Ut Romae XII. tabulis, Legg. Licinia, Duillia, Maenia, Genucia, Sempronia, aliis. Tacit. Ann. VI, 16. vd. Heineccius l. l.

e) *universis*] Opp. singuli

se secundum dignationem [g]) partiuntur. Facilitatem par-

Cic. ad Div. VI, 10, 8. Nat. Deor. II, 66. Noster Hist. II, 75. extr. Inde cap. 6, 7. *in universum* explicandum. Hoc loco *universis* respondet *inter se.*

f) *vices*] *Vice* MSC Hummel. [a me ex Longol. Ed. ejectum], alii *vices* [Cod. Tur. Edd. Spir. Kathar.], alii *in vices* [Edd. Nor. Bip. Oberl.], alii *per vices* [Edd. Ald. Put. etc. Passov.], alii *vicis* a.v. *vicus* [Cod. Bamberg. Seebod. Schlüter.], unde alii *per vicos* [conjecit Pichena, commendavit Broterius]; alii tandem resecare malint. Religio autem fuerit resecare, quod inter tot ne ullus quidam omittit. *Per vices* communi fere plausu receptum est, etsi, quod sciam, Tacito ne semel quidem usurpatum, quanquam est ejus saeculi Plin. Hist. Nat. XII, 14. Plin. Ep. I, 3, 1. VIII, 14, 4. Suet. Aug. 32. Tib. 14. Ner. 15. Vesp. 8. [Non probanda V. D. in Ephem. lit. Jen. 1818. Aug. conjectura *per vacuum*, nec fulcitur locis ab hoc alienis Caes. B. G. I, 26. Cic. de Off. 1, 7. Tac. Ann. XIII, 54 — 56. Germ. 28. 29. Optimus Taciti interpres est Caes. B. G. VI, 22. *Agriculturae non student; majorque pars victus eorum in lacte, caseo, carne consistit; neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios: sed magistratus ac Principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierint, quantum, et quo loco visum est, agri attribuunt atque anno post alio transire cogunt. Ejus rei multas afferunt causas: ne assidua consuetudine capti studium belli gerundi agricultura commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.* De Suevis IV, 1. — *privati ac separati agri apud eos nihil est; neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet.* Vd. Gronov. ad nostrum loc. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 257.]

g) *dignationem*] Nonnulli interpretantur: ut dignitatis ratione habita majori plus tribuatur. Verum enimvero *dignatio* et *dignitas* inter se differunt. Ex *dignatione* consequitur subinde *dignitas*. Ea praecedat necesse est, quippe quae sit judicium de aliquo sive aestimatio. Sic supra 13, 4. [ibiq. not.] Annal. VI, 27, 2. Hist. I, 52, 6. Suet. Aug. 36. Caes. 4. Sensus: prout quisque aut princeps, aut nobilis, aut plebeji ordinis; sic Tacitus cum Caes. B. G. VI, 22, 2. consentit, ubi dicuntur

3 partiendi camporum h) spatia praestant i). Arva per annos mutant k); et superest ager: nec enim cum ubertate et amplitudine soli laborare l) contendunt, ut pomaria conserant m), et prata separent n), et hortos o) rigent p). Sola terrae seges imperatur q). Unde

magistratus ac principes — gentibus cognationibusque hominum, qui una coierant, quantum iis et quo loco visum erat, attribuere agri, ubi conferendus metaphrastes graecus.

h) *camporum*] [De discrimine inter vocc. *terra*, *solum*, *ager*, *arvum*, *campus* vd. Bredov.]

i) *praestant*] MSC. Hummel. *praebent*, frustra.

k) *mutant*] Sive *alio transire coacti* ex sententia Caesaris l. c., sive *relicta agrorum parte inculta*, quod adhuc subinde fieri solet, ut, quiete concessa, eo melior et uberior fructus redeat. Hoc nostrates dicunt *Brache liegen.* Causam rimatus est Columella II, 1.

l) *laborare*] [Hanc lectionem exhibent optt. Codd., ut Tur., et Edd. Spir. Kath. etc. *Labore* a Long. e Codd. Hummel. Long. Ed. Nor. et in omnes fere recentiores Edd. receptum, cum glossam sapiat, expulimus. Bene Passovius explicat *laborare contendere cum ubertate soli*: omni adhibita contentione, labore certare cum ubertate soli, laborem fertilitati adaequare.]

m) *ut pomaria conserant*] [*Ne pomeria* Cod. Tur. vid. supr. cap. 5. Virg. Georg. II, 267. 275. Varr. R. R. I, 2, 6. *Non arboribus consita Italia est, ut tota pomarium videatur?*]

n) *separent*] Nil moratur quorundam exemplarium *separarent*. Rhenanus *sepiant*, nescio unde. [E negligenter inspecta Ed. Nor. vd. Oberlin.] Colerus malit *prata rigent, hortos sepiant*. Cluverius, cui favet Columell. I, 6, 24., legendum censet *hortos sepiant et prata rigent*, quod Dithmaro rectius videtur. Ludevigius utrumque conjunxit *separent et sepiant*. MSC. Longol. et Hummel. [Ed. Nor.] *seperent*, et in margine Hummel. librarius *secent*. Virg. Aen. VIII, 63. Isidor. Orig. XIV. *Prata sunt, quae secari possunt*. Ernestius, si libri plures faverent, *sepiant* non sperneret, ad Virg. Georg. I, 270. provocans. Verum enimvero non est sermo de segete, sed de pratis. Vulgatam itaque lectionem tuemur non tam ex cap. 1, 1., quam potissimum e cap. 22, 2. ubi *separatae singulis sedes*, quibus cap. 16, 1. *junctae sedes* opponuntur, et ex MSC.

o) *et hortos*] MSC. Longol. et Hummel. [Edd. Nor. Vienn.]

Unde annum quoque ipsum non in totidem dige- 4
runt species [r]). Hiems, et ver, et aestas intellectum ac vocabula habent [s]); auctumni perinde nomen ac bona ignorantur [t]).

ut hortos, quod, fatear, non ex coeco amore gratius mihi est, nescio an aliis, quorum suffragia dum Quirites ineant, nihil novabo. [*Ortos* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath.]

p) *rigent*] *Hortos rigari* posse, vd. apud Varr. R. R. I, 7, 9. Plin. Hist. Nat. XIX, 4. Ovid. Met. VIII, 645. Horat. Sat. II, 4, 16. Ovid. Fast. V, 209 sq. [Virg. Georg. IV, 115 sq.] Hinc apparet, hortorum irrigationes aeque notas fuisse, ac sunt pratorum, quod Colerus negavit.

q) *imperatur*] I. e. nihil aliud faciunt, quam ut semen terrae committant. De phrasi vid. Virg. Georg. I, 97 sq. Cic. de Senect. 15. Tibull. I, 10, 9. Ovid. Fast. II, 296. Virg. Georg. I, 55. ubi Servius.

r) *digerunt species*] I. e. ordinant. Virg. Aen. III, 445 sq. ibique Servius. [*Species* i. q. diversa tempora.]

s) *intellectum — habent*] [*Et vocabula* Cod. Tur. » Tres partes tantum anni ab iis intelliguntur, tres tantum sciunt.« Ern.]

t) *auctumni — ignorantur*] [Licet Germani bona auctumni, quae Italia offerebat, uvas et poma, tunc ignorarint, ipsis tamen nomen hujus anni temporis jam notum fuisse videtur. Carolus Magnus Imp. Novembrem nuncupavit *Herbist* — *Mannoth* Eginhart. cap. 29. Bred. Nam voc. *Herbst* (Herbist, Härfest; Harvest i. q. messis apud Anglos) J. H. Vossius Prosod. Germ. p. 72. interpretatur Fruchtzeit. Add. Sprengel. p. 117. interpret. vern. Barth. T. II. p. 333.]

Caput XXVII.

De Germanorum funeribus, sepultura, atque luctu. Transitur ab omnium Germanorum origine et moribus ad singularum gentium instituta ritusque.

1 Funerum nulla ambitio a). Id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis b) cre-
2 mentur c). Struem rogi nec vestibus d), nec odoribus

a) *funerum nulla ambitio*] I. e. exsequiae defunctorum sine magnificentia et impensis, et non ad ostentationem fiunt, sicut apud Romanos, de quibus Cic. de Legg. II, 26. [Senec. de Brevit. vit. 20. Lucan. IX, 175 sq. Plin. H. N. XII, 21. XXXIII, 10. Tac. Ann. III, 2. Sueton. Caes. 84. Kirchmann. de funeribus Romanorum Francof. 1672. 8. De Gallorum funeribus sumtuosis vd. Caes. B. G. VI, 19. *Funus* est totus apparatus funebris Ernest. ad Suet. Domitian. 15. Drakenb. ad Sil. Ital. I, 154.]. Alex. ab Alexandr. haud perperam reddit *sine ullo funeris sollenni.* Inde lux Tacito in Agric. 28. [De v. *ambitio* vd. Hist. I, 88. Duk. ad Flor. I, 16, 7. *ambitiosae exsequiae* Senec. l. l.]

b) *ut — certis lignis*] [*Et corpora* Ed. Vienn.] I. e. statutis, definitis, ut supra 9, 1. Erant autem plura lignorum genera statuta, quibus cremabantur illa corpora. Quibusnam autem lignis ista corpora cremata sint, disputare frustra est. [Barthius Hist. Germ. T. II. junipero, Monius T. II. p. 32. lignis arborum sacrarum usos fuisse suspicantur. Vulgo Romani vilibus lignis facile ignem concipientibus concremabant mortuos, sed postea, gliscente luxuria, pro conditione defunctorum ex lignis pretiosis, ut cinnamomi Plin. l. l., etiam pictis rogus exstruebatur.]

c) *crementur*] Nimirum tenuibus et aridis lignis, quo faciliorus comburerentur. Hunc morem majorum nostrorum testantur urnae subinde in Germania effossae: [in regionibus Rheno adjacentibus, in Silesia, Holsatia, Hassia, Pomerania etc. Inspiciantur, si libet, libelli vernaculi: Dorovii de Germanorum et Romanorum aris et tumulis ad Rhenum. 2. Fascic. 1821. Pauli Romanae et Germanae Antiqq. ad Rhenum. Mogunt. 1821. Buesching. Antiqq. paganae Silesiae 2 Fascic. 1821. Monii T. II. p. 46 sq.] Saxones autem Christianorum sacris postea initiatos corpora comburere vetitos

bus cumulant: sua cuique [e]) arma; quorundam igni et equus [f]) adjicitur. Sepulcrum caespes erigit [g]). 3
Mo-

fuisse, docet [Carol. M. Capitulatio in Monum. Paderborn. p. 302. *Si quis corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumi fecerit, et ossa ejus ad cinerem redegerit, capite punietur.*] Vide Dithmar. ad h. l.

d) *vestibus*] I. e. tegumentis, et pictis tapetis. Cap. 40, 4. [*Vestimenta* A. ad Herenn. IV, 51. Ovid. Metam. VIII, 657., ut ἐσϑής. H. l. intellexerim tam de vestimentis corporis, quam de stragulis. De Romanis vd. Kirchmann. p. 222. Virg. Aen. IV, 505. VI, 215 sq. Liv. XXXIV, 7.]

e) *odoribus — cuique*] I.e. rebus, quae spirant odores, metonymice. [*Odores* sunt unguenta, tus, aromata Plin. Ep. VI, 16. Cort. Formulam *sua cuique* multis exemplis illustravit Beier. in Ind. ad Cic. N. D. Ed. Heind. p. 397.]

f) *equus*] Ex animalibus, quae in funeribus Gallorum cremabantur v. Caes. B. G. VI, 19, 4. Gavisos autem Germanos veteres electis equis, jam ex cap. 15, 5. constat. Quis miretur, eos quoque in ignem intulisse, quippe qui vivis cari fuerint? [Eundem Thracum morem narrat Herod. IV, 71. ibiq. Wess. Apud Getas, ut nostra adhuc aetate apud Indos, etiam uxores una cum maritis comburebantur Mela II, 2. Solin. 10. item apud Herulos Procop. II, 11. 24. Arma rogo injicere etiam mos erat apud alias gentes v. Kirchmann. p. 225. In sepulcro Childerici, Francorum regis, reperta sunt ejus arma, framea, gladius, etiam equi caput, solea, fibulae phaleraeque aureae vd. Broter. T. VI. p. 250. Saxo Grammatic. l. VIII. de funere regis Danorum excitatus a Pichono: *Cumque superinjectum ignis cadaver absumeret, moerentes circuire proceres, impensiusque hortari cunctos coepit, uri arma, aurum et quodcunque optimum esset, liberaliter in nutrimentum rogi sub tanti taliterque apud omnes meriti regis corpore transmitterent.*] Mox *adjicitur*, i. e. crematur una cum armis eodem in rogo, refert se ad *equus*, denuo autem, per Syuezeugmenon ad *arma* relatum, *adjiciuntur* cogitatione supplendum est.

g) *sepulcrum caespes erigit*] [*Sepulchrum cespes* Ed. Spir.] Fortasse eodem loco, quo corpora fuerant cremata, ejus reliquiae conditae sepeliebantur. Westerhof. ad Terent. Andr. I, 1, 101. et Heusinger. [*Sepulcrum caespes erigit* i. e. sepulcrum e caespite erigitur. Eodem genere dicendi usus est Senec. Epist. 8. *Hanc* (domum) *utrum caespes erexerit, an varius lapis gentis alienae, nil interest.* — E caespite etiam a Romanis sepulcra exstrui solebant v. Tac. Ann. I, 62. Virg.

Monumentorum arduum [h]) et operosum [i]) hono-
4 rem [k]), ut gravem [l]) defunctis, aspernantur. Lamenta ac lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt [m]). Feminis lugere, honestum est; viris [n]), meminisse

5 Haec in commune de omnium Germanorum origine [o]) ac moribus [p]) accepimus [q]). Nunc singula-

Aen. III, 804; apud Thraces Herod. l. l., Chaucos Plin. H. N. XVI, 1. De sepulcr. et monument. vd. not. ad cap. 3. p. 21.]

h) *monumentorum arduum*] [*Monim.* Ed. Vienn.] *Arduum* i. e. excelsum Serv. ad Virg. Georg. I, 240. vd. Tac. Hist. IV, 70, 2.

i) *operosum*] I. e. multae operae, cujus contrarium *facilis*. Plin. Hist. Nat. XV, 23. Cic. Orat. 44. Plane huc facit locus Cic. de Leg. II, 26. Quidam [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon.] *peroperosum*, quod summo jure obelo jam notavit Rhenanus.

k) *honorem*] Suet. Aug. 17. Horat. Od. II, 20, 24. ibique Cruquius. [Romani sepulcra alta et magnifica erigebant pro dignitate et divitiis mortuorum, quae Senec. de Brevit. vit. 20. *magnas moles sepulcrorum* vocat. Notum est Mausoleum Augusti, Moles Hadriani etc. Kirchmann. p. 250. Heindorf. ad Hor. Sat. p. 181. 377.]

l) *gravem*] I. e. molestum. Ovid. Amor. III, 9. Juvenal. VII, 207. Martial. V, 35, 9. alii. Nimirum *molliter ossa cubent*, quod precantur Ovid. Trist. III, 3, 76. Virg. Ecl. X, 33. quod innuunt lapides sepulcrales literis S. T. T. L. [Aliae formulae sunt: *Ossa tibi bene quiescant*. Tib. II, 6, 30. *bene quiescat sub tenera humo*. Ossibus impiorum gravem terram Romani precabantur Tib. I, 4, 54. Broukh.]

m) *lacrimas — ponunt*] [*Lachrymas* Ed. Spir.] *Deponunt* Cod. Arund., sive ex repetitione praecedentis syllabae vocabuli *tarde*, sive ex interpretamento.

n) *feminis — viris*] Non de uxoribus et maritis, sed de sexu, ut cap. 17, 7., sermo est. De tota re legendi Senec. Ep. 63 et 99. (al. 100.) [Plin. Ep. VIII, 16.] Cic. Tusc. Disp. II, 21. Tac. Agric. 46. Petron. 134. Conf. Bernegger. Quaest. CXLV.

o) *in commune de omnium Germanorum origine*] [*In commune* vd. cap. 38. 40. Ann. XV, 12. 63. Hist. I, 28. De orig. vd. supr. cap. 1. 2. 3.]

gularum gentium r) instituta ritusque s), quatenus

gula-

p) *moribus*] Cap. 4 — 27.

q) *accepimus*] I. e. cognovimus, quod aliunde erat traditum. [Vd. Cort. ad Sall. Cat. 6. Tac. Agric. 11. Hist. III, 38. Dial. de corr. eloq. 28. De plurali vd. not. ad Germ. cap. 8. et 29.]

r) *gentium*] Hic locus esset praecipuus, quo auctor supra cap. 1. p. 4. laudatus Tacitum insimulat confudisse *gentem* et *nationem*, nec sibi constare, quod et cap. 38, 1. 45, 3. factum fuisse arbitratur. Haec vero duo postrema qui accuratius inspexerit, intelliget, nec hic recessisse auctorem a lege, quam in hoc libello cap. 2, 7. sibi fixerat, *gentis* speciem esse *nationem*. Nec inde vel latum, ut ajunt, unguem per huncce libellum discessit, quoties vocabulo *gentis* utitur. Nec aliter in Agric. 12, 1. 2., ubi Buchnerus consulendus. Sed et in praesenti salva res est. *Gens* est totum, eademque manet, si in partes non abit. Sic cap. 38, 1. *Chattorum Tencterorumque* una gens, *Suevorum* autem *non una erat* gens, quippe quod eorum singulae civitates suum peculiare habebant, ut quaelibet totum constitueret, Semnones, Langobardi cet. [*Gens* continet nationes et populos, estque multitudo hominum, quos ejusdem stirpis idem nomen complectitur, nec tamen communio legum et institutorum continet. *Natio* originem trahens ex gente, communi utitur lingua, non tamen ita, ut easdem terras incolat. *Populus* est civitas, quae iisdem institutis legibusque continetur. Grotefend. in Seebod. bibl. crit. a. 1822. p. 362. bene animadvertit, vocc. *gens* et *natio* (a γένω et γνάω) proprie ad communem originem seu stirpem, *populus* et *civitas* ad instituta et leges communes referri, quae tamen differentia etiam a Tacito passim non servetur. Infra cap. 33. 38. 43. V. Justin. VIII, 6. Vell. Paterc. II, 98. 106. Mela I, 79. Gronov. ad Liv. V, 34; IV, 49. *Gens et natio* conjunctim II, 38. Flor. IV, 2. Justin. I, 1. Cic. de N. D. III, 39. de Off. I, 17. *Natio et populus* Cic. de Off. II, 8. Heusing. Justin. VII, 1. Sall. Catil. 10 et 20. Cort. Nec raro ab optimis scriptoribus, hoc discrimine neglecto, hae voces promiscue usurpantur Vellej. II, 96. 106. *Nationes* i. q. gentes Sallust. Catil. 2. Cort. Caes. B. G. VI, 11. *gentes populorum* Justin. VII, 1. *gens* i. q. populus — natio Germ. 29.]

s) *instituta ritusque*] *Instituta* sunt mores publici, quos usus vel lex constituit. v. Cort. ad Sallust. Cat. 5, 9. Sic saepe Noster, distinguit tamen cap. 28, 5. a *moribus*. [Sic *mores et instituta* saepius ap. Ciceronem. Epist. ad Div. XV, 4. Cort.]

differant, quae nationes e Germania in Gallias commigraverint [t]), expediam [u]).

CAPUT XXVIII.

De transitu Gallorum aliorumque populorum in Germaniam; item de Helvetiis, Bojis, Osis, Araviscis, Treveris, Nerviis, Vangionibus, Tribocis, Nemetibus et Ubiis.

1 Validiores olim Gallorum res fuisse, summus auctorum [a]) Divus Julius tradit [b]); eoque credibile est [c]), etiam Gallos in Germaniam [d]) transgressos. Quan-

Ritus in genere est mos vel consuetudo, ut notavit Paulus Diaconus ad Festum, qui tamen *ritum* dixit *morem comprobatum in administrandis sacrificiis*. Sic 39, 3. Annal. II, 85., extr. imprimis, ubi *institutis* apponuntur, quemadmodum h. l. et Hist. V, 5, 10.

t) *commigraverint*] Infra 29, 5. et Terent. Andr. I, 1, 45. uti MSC. membranac. legit. Est autem *migrare* alio se conferre ibi commorandi causa, spe domum redeundi sublata. Caes. B. G. I, 2 sq. [De migrationibus Germanorum in Galliam vid. Tac. Hist. IV, 73. Caes. B. G. I, 31. ibiq. not. II, 4.]

u) *expediam*] [*Expedire* i. q. exponere, narrare Tac. Ann. IV, 1. Hist. I, 51. IV, 48. Cort. ad Sallust. Jugurth. 5. Parei Lex. crit. p. 448.]

a) *summus auctorum*] De commentariis Caesaris videndus Sueton. Caes. 56.

b) *tradit*] De Bello Gall. VI, 24. [Tac. Agric. 11.] *Tradit*, i. e. narrat. Agric. 46. extr. Annal. IV, 53, 4.

c) *credibile est*] Sed vide quae supra 2, 2. et 2, 6. scripsit. Asinius quoque Pollio apud Sueton. Caes. 56. Caesarem multa perperam edidisse putat; ideoque ab eo narrata non omni fide

Quantulum [e]) enim amnis obstabat [f]), quo minus, 2
ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes, promiscuas [g]) adhuc, et nulla regnorum potentia diversas [h])? Igitur inter Hercyniam silvam [i]), 3
Rhe-

majora sunt. [De Gallorum migrationibus et expeditionibus bellicis vid. Barth. Hist. Germ. T. I. p. 187 — 232. Monius T. II. p. 232 sq.]

d) *in Germaniam*] [Vid. cap. 43.] Ni potius Germaniae populi uberiori fecundiorique solo et mitiori coelo invitati Galliam immigraverint. Ideo multus est, ut doceat, Italiam et Galliam ex Germania primos incolas accepisse Eccardus de Orig. Germ. Dithm. ad h. l. [Vid. Gagern. Hist. nation. German. T. I. p. 13.]

e) *quantulum*] Annal. III, 54, 6. Plin. Ep. IV, 13, 5. [Tursell. de partic. p. 670.]

f) *obstabat*] Cap. 34, 4. Annal. I, 50, 4. Lucan. I, 58. *obstitisse* tamen Rhenum, vereor, ne ipse Noster statuisse videatur cap. 1, 1. Mire huc facit Seneca Nat. Quaest. I. Praef. Claudian. de Bell. Get. 330.

g) *promiscuas*] I. e. sine discrimine mixtas. Opponitur *proprio* Annal. XVI, 16, 3. infra 45, 6.

h) *diversas*] [Sic optt. Codd. Farnes. Turic. Edd. Spir. Kath. etc.; *divisas*, quod est interpretamentum, cum Rhenan. Gronov. Longolius et Oberlinus ex Norimb. Eandem permutationem notavit Cort. ad Sall. Catil. 2. *Diversus* i. q. divisus, separatus vd. Drakenb. ad Sil. Ital. XVII, 546. Flor. II, 6, 51. Tac. Ann. XV, 56.]

i) *Hercyniam silvam*] [Hujus nomina apud Romanos sunt: *Hercynia silva* et *Hercynius saltus*, vulgo usurpata, ut Nostro cf. cap. 30, etiam *Hercynium jugum*, quo praeter duo priora etiam utitur Plinius; apud Graecos vulgaria nomina sunt: Ἑρκύνιος δρυμός (Strab.), Ἑρκύνια ὄρη (Diod. Sic.), Ὀρκύνιος δρυμός (Eratosthenes ap. Caes. Ptolem.). Silvam Hercyniam Graecis fama notam fuisse apparet cum ex Aristot. Meteorot. I, 13. (Ἀρκύνια ὄρη), Apoll. Rhod. IV, 640. (σκόπελος Ἑρκύνιος), tum e loco Caes. B. G. VI, 24. De silva Hercynia, quam laudatam etiam invenies apud Plin. H. N. IV, 12. Ptolem. II, 11. Dionys. Perieg. 286. Pomp. Mel. III, 3. Vellej. Pat. II, 108. 109. Tac. Ann. II, 45., loci luculenti sunt Caes. B. G. VI, 25. Strab. VII. p. 207, 290. 292. Casaub. Plin. H. N. XVI, 2. Scriptores modo laudati non omnes in accurata descriptione saltus Hercynii conveniunt. Vulgo veteribus est ingens montium jugum, quod interiorem

Rhenumque et Moenum [k]) amnes, Helvetii [l]), ulteriora

Germaniam a regionibus Danubio adjacentibus separat. Apud Caesarem *oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium: hinc se flectit sinistrorsus, diversis ab flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit.* Ptolemaeus, cui jam singula nomina silvarum Germaniae innotuerant, Hercyniam silvam inter Gabretam silvam montesque Sarmaticos collocat, quod montium jugum Carpaticos montes et Sudetos conjungit. Tacitus cum Plinio recte intelligit montes silvasque, qui a saltu Thuringensi in orientem versus usque in Hungariam extenduntur. Vid. Mannert. Geogr. T. III. p. 410. Wilhelm. Germ. p. 27 sq. Bredov. ad h. l.. De origine nominis, quod significare videtur saltum seu silvam montuosam, vid. copiose disserentem Barth. Hist. German. T. II. 19 sq.]

k) *Moenum*] Sic primus edidit Lipsius, quem alii temere secuti sunt. Exstat quoque in MSC. [Farn.] Longol. Hummel. Ed. Norimb. Ante Lipsium in Edd. erat vel *Menī*, linea super *ī* posita, vel *Menim*, vel *Moenim* [Cod. Arund.], in quod magis inclinat Ernestius. [Hanc scripturam Melae III, 3. damnat Mannert. Geogr. T. III. p. 423. *Moemi* Cod. Tur. Ed. Kath. *Moeni* Edd. Spir. Put. Mon. *Moenin* Ed. Vienn. *Maenus* scribitur ab Eumen. Pan. in Const. 13, *Menus* ab Amm. Marc. XVII, 1., seriori aevo *Mogonus* et *Moganus* appellatur.] Sed praestat *Moenum*, quod hujus loci existimarem, non quia *Moenus* in Plin. Hist. Nat. IX, 15., sed quod librariis et librorum horum editoribus, maximam partem in Moeni vicinia degentibus, hoc flumen notius eo, quod Tacitus in mente habuerit. Cum enim nullus unquam auctorum perhibuerit, Helvetios tenuisse quaedam circa Moenum, jam olim Schwartzio vocabulum *Moenum* suspectum in *Oenum* commutandum fuit visum. Hanc vero Schwartzii conjecturam mihi non satisfacere, sed *Moenum* in *Lemanum* esse commutandum prodidi in Diss. 42. de Hermunduris. [Neutra harum conjectura neque Mannerto T. III. p. 477, neque Barthio T. I. p. 126. probatur; idque jure. — *Moenus* etymon a voce Celtica Moyn (tauro, ut sit Stierfluss) habere videtur Monio T. II. p. 489.]

l) *Helvetii*] [Vd. Caes. B. G. I, 1. *Helvetii reliquos Gallos virtute praecedunt; quod fere quotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut*

riora Boji m), Gallica utraque n) gens, tenuere. Manet o) adhuc Bojemi p) nomen, significatque q) loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. 4
Sed utrum Aravisci r) in Pannoniam ab Osis [Germano- 5

ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Tac. Hist. I, 67. *Helvetii, Gallica gens, olim armis virisque, mox memoria nominis clara.* — Cf. Dio Cass. XXXVIII. de transrhenanis Helvet. sedibus.]

m) *Boji*] [*Boi* Ed. Nor. et cap. 43. cum Vienn. Bojorum origo et historia perobscura necdum a Mannerto T. III. p. 478. in clara luce est posita. Controversia est enim: utrum e Germania, an aliunde orti sint? Utrum Boji in Italia, Gallia, Pannonia, Norico Germanis Bojis sint cognati, an ab iis diversi? Utrum Bojoariorum civitas recentior veterum Bojorum sit stirpis, an gens ex novo foedere concreta? Vid. Spener. T. II. p. 139 sq. Mannertus distinxit duas nationes Bojorum; alteram, quae ad utramque Danubii ripam magnam Germaniae partem tenuerit, Sueviae orientalis partem, omnem Bavariam et Bohemiam, alteram in Pannonia, reliquias Bojorum Italorum a Romanis fere deletorum. De etym. nominis saniora, quam Longol., dedit Barth. T. I. p. 390.]

n) *Gallica utraque*] [Pro *utraque* Ed. Vienn. *veraque.*] Quia gentes ex Germania per Galliam Alpes transscenderant, atque in Italiam contra Romanos iverant bellatum, pro Gallis habebantur priscis. Lucan. I, 254 — 257.

o) *manet*] Hujus vocis sensus sese prodit clarissime infra cap. 33, 3. Cf. cap. 29, 3. 37, 1.

p) *Bojemi*] [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. aliaeq. ap. Passov. *Boihemi* Cod. Long. Edd. Nor. Rhenan. Bip. Oberl. *Bohiemi* Rom.] *Boiihemi* Cod. Hummel. [*Boilemi* Ed. Vienn. *Manet adhuc Bojis e munere nomen* Cod. Bamb.] His proxime accedit *Bojohemum* Vell. II, 109. [*Bojohaem.* Ruhnk.] Nec differret multum Βουΐαιμον Strab. VII. p. 445., magis autem Βουΐαιβον ibid. in marg. Edit. Almel. et Βουΐασμον apud eundem [de quo vid. infra cap. 42. p. 184.]. Hinc μέγα ἔθνος οἱ Βαῖμοι ap. Ptolem. II, 11., [quorum nomen contractum ab horum, qui ib. Βανοχαῖμαι (leg. Βοιοχαῖμαι c. Wilhelm. et Krus.) vocantur, non diversum.] Nomen *Bojemi*, compositum e vv. *Boji* et *heim* [*Bojenheim*], significat Bojorum patriam, in Bohemia quaerendam, [Inde a Marcomanis sunt pulsi cap. 42., imperante Augusto.]

q) *significatque*] Est minus quam *declarare* Cic. ad Div. V, 13, 4., minus quoque, quam *ostendere*. In Verr. II, 60. MSC. Hummel. *signatque*.

r) *Aravisci*] Apud Ptolemaeum

manorum natione [s])], an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone, institutis [t]), moribus utantur, incertum est; quia, pari olim inopia ac libertate, eadem utriusque
6 ripae [u]) bona malaque erant. Treveri [v]) et Nervii [w]) circa affectationem Germanicae originis [y]) ultro

qui II, 16. solus eorum meminit, scribuntur Ἀραβισκοι. [Etiam Plin. III, 28. *Eraviscos* memorat. Mannertus eos distinxit ab *Araviscis*, non Diltheius.] Falsi igitur ex operarum incuria *Aranisci* Edd. Rhag. et Froben. 1519. [*Aranisci* — *Aranisois* male Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn. *Aramisci* — *Araviscis* Cod. Tur. In Ed. Spir. interpungitur: *Sed* — *Aranisci* .... *ab osis Germanorum natione? an osi* rell. In Kath. *utrum Aranisci in pannoniam? ab Osis Germanorum natione? an Osi ab Araniscis.* Mannertus, a quo *Arabisci* vocantur, sedes eorum collocat circa Mursam ad fl. Dravum.]

s) *ab Osis Germanorum natione*] [A Longol. e Cod. Hummel. *Boji* — *Bojis* (Cod. Longol. Ed. Nor. *Boi* — *Bois*) lectionem temere receptam ejecimus. Thierschius l. l. cum Passovio verba *Germanorum natione* pro glossa habet; nam cap. 43. Tac. scribit: *Osos Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos.* Ritter. in Pronao p. 303. suspicatur, Ossetas, populum Caucasium, ejusdem stirpis fuisse atque Osos et Araviscos (*Asen und Iranen*): linguamque Ossetarum esse Germanicam. Num *Osis* Tac. cum *Osiis*, Indi fl. accolis ap. Plin. H. N. VI, 20., cognatio sit, difficile est ad decernendum.]

t) *institutis*] *Osi* enim cap. 43, 3. *tributa patiebantur*, quod indicabat, *eos non esse Germanos.*

u) *utriusque ripae*] [Sc. Danubii, cujus ripam dextram Aravisci, sinistram Osi accolebant.]

v) *Treveri*] [*Treviri* Edd. Put. Rhen. Utraque scriptura in usu est, prior Tacito Hist. IV, 70., at *Trevir* III, 35. *Treveri*, potens et antiquus populus Germanicae gentis, inter Rhenum et Mosam circa Mosellam maxime incolebant, quorum caput *Augusta Treverorum* (Trier), nobilissima et opulentissima *Belgicae primae* urbs, quae condita fertur a Trebeta, Semiramidis privigno. Vid. Spener. T. II. p. 300 sq. Cellar. Geogr. Vol. I. p. 253, Passov. et Dilth. ad h. l.]

w) *et Nervii*] [*Ac Nervii* una Ed. Longol] Male enim in quibusdam vett. Edd. MSC. Longol. nec non a recenti manu in Hummel. est *Neruli.* [Cod. Turic. Edd. Spir. Kathar.] Ceteri Codd. et Edd. *Nervii*, sicut et Graeci et Latini scriptores alii. Nondum vero mihi persuasum

ultro ambitiosi [y]) sunt; tanquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum [z]) separentur. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germa- 7
norum populi [a]) colunt, Vangiones [b]), Triboci [c]), Neme-

est, *Neuros*, in quibus Tyras surgebat, teste Mela II, 1., originem esse gentis *Nerviorum*, ut valde verisimile visum est Penzelio, Strabonem illustranti Tom. I. p. 638. Imo *Nervii*, Γερμανικὸν ἔθνος Straboni, certe etiam nomine Germani sunt. Multo autem certius apparebunt Nerviorum vires, si, quam regionem amplissimam tenuerint atque impleverint, noveris. [Vid. Caes. B. G. II, 4. 15. et passim de hac gente bellicosa et potenti. Plin. H. N. IV, 31. Appian. I, 4. A Treveris pertinebant usque ad Bellovacos, finitimique erant Atrebatibus, Ambianis, Veromanduis, quos cum Remis a meridie habebant, a septentrione Aduaticos, ab oriente Mosam. Oppida erant Camaracum, Bagacum, Turnacum etc. Spener. Not. T. II. p. 347 sq.]

x) *circa affectationem — originis*] MSC. Longol. et Hummel. *affectionem*, uti supra 5, 8. [Ed. Nor. *cura affectionem*] *Affici* vero est ad aliquam animi passionem inclinare, *affectare* avide aliquid conari. [*Germanicae* Cod. Tur. Edd. Nor. Vienn. omnes post Rhen. *Germaniae* Edd. Spir. Kath. Put. Mon.]

y) *ambitiosi*] [*Amitiosi* Ed. Nor.] Vid. ad 27, 1.

z) *inertia Gallorum*] Noster Vit. Agric. 11, 6.

a) *populi*] Vid. Plin. Hist. Nat. IV, 17. *Rhenum autem accolentes Germaniae gentium in eadem provincia Nemetes, Tribochi, Vangiones.* [Vid. Caes. B. G. I, 51. Tac. Hist. IV, 70. Belgae etiam Rhenum transgressi erant Caes. B. G. II, 4. Romani distinxerunt inter *Germaniam cisrhenanam* et *transrhenanam* Caes. B. G. V, 2. VI, 2., cf. supra not. ad cap. 1. Romanorum provincia, erat *superior* et *inferior* seu *prima* et *secunda*; caput superioris erat Magontiacum, inferioris Colonia Agrippinensis, terminus inter utramque fl. Obringa (Aar, e suspicione Wilh. p. 61 et 103. Oberrhein). Dio Cass. LIII, 12. Ptolem. II, 9. Cellar. Vol. I. p. 298 sq.]

b) *Vangiones*] [Diversus apud vett. scriptores est ordo horum populorum a fl. Nava usque ad Brisacum colentium: apud Caesar. l. l. et Ptolem. II, 9. *Tribocci*, *Vangiones* (Οὐαγγίονες), *Nemetes*; apud Plin. H. IV, 31. *Nemetes*, *Triboci*, *Vangiones*; apud Tacitum l. l.

8 Nemetes d). Ne Ubii quidem e), quanquam f) Romana

Vangiones, *Caracates*, *Triboci*. In libris geographicis recte *Tribocos* excipere solent *Nemetes* et *Vangiones*. Jam Spenerus bene observaverat, sedes horum populorum vix adeo accuratas fuisse divisas, ut de ordine satis constaret, dissensumque scriptorum esse argumento, nationes cognatas et propinquas promiscue habitasse, nec singulorum agrorum terminos indicari posse.] Posteriore aevo *Vangiones* urbs dicta fuit Ammian. Marcell. XV, 11. Hieronymo Epist. XI. ad Ageruchiam extr. l. 3. Cod. Theodos. de Praediis Naviculariorum etc. Hinc civitas Vangionum Wormatia, quae a Ptolemaeo et in Antonini Itinerario Borbetomagus vocatur, hodiernum Worms. [Alia oppida nominantur Bonconica et Sicila: de Magontiaco dubitatur. Vid. Spener. p. 292 sq. De etymologia nominum trium populorum vd. Barth. Hist. T. I. p. 131.]

c) *Triboci*] Varie scribuntur, sed quam dedimus scripturam, optima est. [*Treboci* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Ald. *Tribochi* Plinius, *Tribocci* Caesar. B. G. I, 51. *Tribuci* IV, 10. *Triboci* Edd. Nor. Vienn. recentt. post Rhenan. Τριβόκκοι Ptolemaeus, Τριβόκχοι Strab.] *Tribocis* tribuuntur oppida a Ptolemaeo II, 9. Βρευκόμαγος et Ἔλκηβος, cujus vestigia in illis Alsatiae Brumat et Ell, quae inter Argentoratum. [Alii addunt Argentoratum, Tabernas, Astalbium. Habitasse videntur inter Rhenum, Nemetes, Rauracos, Mediomatricos et Leucos.]

d) *Nemetes*] [*Nemetes* Caes. Tacit. Plin., *Nemetae* Tac. Ann. XII, 21. Amm. Marc. XV, 11. Νέμητες Ptol. II, 9. Incolebant inter Tribocos, Vangiones et Mediomatricos. Oppida erant: urbs Nemetum — Noviomagus — Spira (caput), Saletio, Vicus Julius, Tabernae (Rhenanae dictae), Alta Ripa, Concordia, Tribuni, Rufiana.]

e) *ne Ubii quidem*] MSC. Longol. et a recentiori manu Hummel., nec non quidam alii, [Cod. Turic. Edd. Spir. Kath. Nor. etc.] ab Ernestio aliisque perlustrati *Nubii*, quare hic Vir Cel. suffragatur Gratero legi volenti *Ne Ubii*. Num ea lectione opus sit, dubito. Litera *N*, sive ex praecedente voce *Nemetes* librario obversabatur, sive originem debet sententiae librariorum, voci, quae a vocali incipiat, praemittendum esse *H*, quale Cel. Harles. ad Cellar. Orthog. lat. T. I. p. 106. notavit, et quod alius ob exiguam in MSC. inter *H* et *N* differentiam cum *N* commutavit. Hinc nati *Nubii*, quorum natales spurios qui secum ponderaverit, non tanti existimabit, ut ideo integram vocem *ne* praeponat voci *Ubii*.

mana colonia esse meruerint [s]), ac libentius Agrippinen-

Illud *ne* vero praeponendum esse censet Gronovius, cui assentitur Ernestius consideranti proxime sequens *quidem*. Quasi vero hoc sine illo esse nequeat. Quoties hoc vel Tursellino de partic. observatum fuit. Ipse Noster dabit alia ejusdem generis cap. 6, 3. 10, 5. 19, 7. Tuebitur vero se nostra, imo optimarum quarumque [Edd. Put. Mon. Vienn. Rhen.] lectio sine *ne*, eo magis, si, quae postea scribemus, tecum reputaveris. [*Ubii quidem — non erubescunt* Lips.] *Quidem* per se stare posse jam monuimus. Monet autem haec particula lectorem, ut ad antecedentia *Treveri — Nemetes* respiciat. Sed et *Ubii* apud Tacitum Hist. IV, 65, 2. *Germanos consanguineos suos* appellant et cap. 64, 2. Tencterorum legatus Agrippinensibus gratulatur *redisse in corpus nomenque Germaniae*. Igitur cum Conringio existimes, Ubios puduisse esse Romanam Coloniam. Ita enim si capias, non opus fuerit vel illa Gruteri medela. [Longolius argutius quam verius lect. *Ubii quidem* defendere studet. Cum Ernestio, Oberlino et Passovio, quem vid., *Ne Ubii quidem* recepi. Civitas ampla et potens Ubiorum, Suevis vicina et vectigalis, ad Rhenum pertinebat ab occidente, in Chattos usque ab oriente, ad Moenum ab austro, a Sigambris diremta a septentrione Caes. B. G. I, 54. IV, 3. A Suevis vexati, legatos ad Caesarem, ut ipsis opem ferret, miserunt, eique Rheni transeundi auctores fuerunt. B. G. IV, 16., cum Caesare contra Suevos pugnant VI, 9. 10., tandemque ut Transrhenanorum vexationibus se subtraherent, ab Agrippa cum Sigambris Rhenum transducti in proximis Rheno agris sunt collocati a. U. C. DCCLVI. Suet. Aug. 21. Strab. IV., p. 194. Colonia Agripp. deducta a. U. C. DCCCIV. Res Ubiorum passim persequitur Noster Ann. I, 31. 36. 37. Hist. IV, 18. 55. 63. 64. 77. etc. Oppida U[illegible]m Rhenum transgressorum [illegible]t praeter Coloniam Agrippinam seu Agrippinensem, antea *Aram Ubiorum* vocatam, (quod probare studet Wilhelm. Germ. p. 117, cum aliis Bonna esset, alii, ut Dilthejus, de nomine ambigerent, qui plura etiam oppida Ubiis ascripsit) Bonna, Bingium, Confluentes, Novesium, Antunnacum, Dornomagus, Gelduba, Buruncum, Rigomagus, Bontobrice, Vosavia. Cf. Spener. T. I. p. 208 sq. T. II. p. 307. sq. De etymol. nom. vd. Barth. T. I. p. 308.]

f) *quanquam*] Cui respondet vulgo *tamen*, quod Noster saepius omittit, ut Annal. II, 1, 2. 34, 2. German. 4, 2. 18, 1. plene 14, 5. Supple ergo hoc loco: *Ubii quidem, quanquam*

pinenses, conditoris h) sui nomine, vocentur, origine erubescunt, transgressi olim, et, experimento fidei i), super

Romana colonia esse meruerint, — *origine tamen erubescunt.* [Ob receptam lectionem *Ne Ubii quidem* nulla Ellipsis statuenda est.] *Ubios* enim *erubuisse* se esse *coloniam Romanam*, vel Gellius XVI, 13, 8 sq. innuerit. Sed Agrippina, teste Nostro Annal. XII, 27, 1., *quo vim suam etiam sociis nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.* Quinam autem illi veterani? Romani. Quo deducti? *in oppidum Ubiorum.* Quae horum tum conditio? ex Gellii l. c. sententia *magis obnoxia et minus libera.* Satis causarum, *Ubios erubuisse esse coloniam Romanam.*

g) *meruerint*] Quippe *quorum fuerit civitas ampla et florens*, judice idoneo ipso Caesare de B. G. IV, 3, 3., adeo ut apud eundem I, 54, 1. *Suevos perterritos insecuti, magnum ex his numerum occiderent.* Hos igitur cum Suevi multis saepe bellis experti expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerant, ac multo humiliores infirmioresque redegerant, Caes. IV, 3, 4. [Tac. H. IV, 20. *Actae utrobique praedae, infestius in Ubiis, quod gens Germanicae originis, ejurata patria Romanorum nomen, Agrippinenses vocarentur.*] Rhenum transgressi super ipsam Rheni ripam collocati fuerant, ut arcerent ceteros Germanorum. Meruerintne igitur Romana colonia esse?

h) *conditoris*] Erat Agrippina, [Germanici filia, Claudii Imperatoris uxor, non Agrippae et Juliae filia, Germanici conjux vid. Passov. ad h. l.] Nam apud veteres *conditor* erat epicoenon, et vox *conditrix* est demum sequioris aevi. [Macrob. Som. Scip. I, 11. Appul. Apol. p. 285, 34. Elmenh.] Hinc frustra cum Lipsio malis *conditoris suae.* [Ovid. Fast. V, 192. *Optima tu proprii nominis auctor eris.* Heroid. XVI, 14. *Sponsor conjugii stat Dea picta sui.* Plura exempla aliorum substantivorum in *or* feminine usurpatorum collegit Cannegieter. ad Avian. Fab. 3, 12. p. 32. De hoc genere appositionis etiam Graecis usitato vid. Passov. ad h. l., et in libell. de rat. condend. Lex. Gr. p. 50. exempla: ἀοιδός — διδάσκαλος — ὑμνῳδός etc.]

i) *experimento fidei*] *Non propere, sed per multos annos capto experimento* explicarem, praeeunte ipso Nostro Annal. III, 56, 7., [vel *fide eorum experta.*] Apprime huc facit quoque Hist. IV, 28, 5.

super ipsam Rheni ripam [k]) collocati, ut arcerent [l]), non ut custodirentur [m]).

Caput XXIX.

Batavi, Chattorum olim populus, in novas sedes ad Rheni ripam transgressi, non minus quam Mattiaci socii Romanorum sunt. Non numerandi inter Germaniae populos, qui Decumates agros occupaverunt, e levissimo quoque Gallorum conglutinati.

Omnium harum gentium virtute [a]) praecipui 1
Batavi [b]), non multum ex ripa [c]), sed [d]) insulam Rhe-

k) *ripam*] Sinistram, cum antea dexteram tenuissent. In illa erat Colonia Agrippinensis. Plin. Hist. Nat. IV, 17. extr. Mox MSC. Longol. [Ed. Nor.] *collati* ex oscitantia librarii.

l) *arcerent*] Lumen accenderit Tacit. Hist. IV, 64, 3 sq.

m) *custodirentur*] [*Custodirent* Cod. Tur.] Idem fere de Hermunduris dicitur infra 41, 2 sq.

a) *virtute*] Scil. bellica. Ea de causa a Lucano I, 431. dicuntur *Batavi truces*. Vid. Tacit. Hist. IV, 32, 6. [Ann. II, 11. laudatur fortissimus dux Cariovalda. Hist. I, 59. *gens ferox* est.]

b) *Batavi*] *Batavii* Codd. Long. [Tur. Edd. Spir. (*bat.*) Kath. Nor. Terra Batavorum vocatur *insula Batavorum* Caes. B. G. IV, 10., *ager Batavorum* Tac. Ann. II, 6., *Batavia* Pacat. in Paneg. ad Theod. cap. 5., Βαταβία Zosim. III, 6., ἡ νῆσος τῶν Βαταούων Dion. Cass. LIV, 32., Βαταούα LV, 23. Quo tempore immigraverint, non constat; jam a Caesare in novis

2 Rheni amnis colunt: Chattorum quondam populus e), et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperii fierent f). Ma-

sedibus deprehenduntur. Sita erat Batavia inter Mosae Vahalisque confluentes, spatium 100,000 pass. complectens, v. Caes. B. G. IV, 10. Plin. H. N. IV, 15., quam etiam insederunt Caninefates, Frisii, Chauci, Frisiaboni, Sturii, Marsacii. Post migrationem pars erant Galliae Belgicae Tac. Hist. IV, 32, Romanorum socii Tac. Hist II, 27., ideoque *fratres et amici Romani Imperii* in Inscript. ap. Jun. p. 34. et Gruter. p. 72. nro. 9. dicuntur. Sed Batavi, cohortibus ob discordias rixasque in patriam remissis, odium vehementissimum in Romanos conceperunt, donec seditio Civilis exarsit p. Ch. n. 70. 71.; cujus quis fuerit exitus, ob Taciti libros deperditos nescimus. Cf. Hist. II, 66. 69. IV, 12 — 37. 54 — 79. V, 14 — 26; Hist. IV, 12. apprime facit ad h. l. illustrandum. Ex oppidis Batavorum laudantur: Lugdunum, Trajectum, Arenacum, Forum Hadriani, Fletio, Flevium; Batavodurum, Noviomagus et Oppidum Batavorum Mannerto et Wilhelm. Germ. p. 110. eandem urbem denotant. De etymol. nominis Batavorum, ut praetermittamus nugas VV. DD., ablegamus ad Barth. Hist. Germ. T. I. p. 399.]

c) *ex ripa*] I. e. a ripa. Sic Plin. Ep. II, 17, 10. [Tac. Hist. IV, 12.]

d) *sed*] Scil. *et*, quia *Batavi* non solum *non multum ex ripa Rheni*, sed et *ipsam insulam Rheni amnis colebant.* Loquendi ratio non adeo frequens.

e) *Chattorum — populus*] [*Populo — transgresso* Ed. Mon.] Id satis clare loquuntur loca apud Batavos, quae Chattorum nomen in fronte gerunt. Quid clarius utroque Catwic Hollandiae meridionalis? *Wic* tot locorum nominibus adhaerens significat vicum, oppidum. Vid. Wachter. aliique. Ita vero Catwic erit Chattorum vicus. Haec Altingii sententia non arridet Wachtero, cui nulla ratio fuisse videtur, cur Batavi a Chattis pulsi memoriam profligantium in novis sedibus vel recolerent, vel aeternitati consecrarent. Sed si vel ita sit, nonne ab aliis inveniri potuerit hoc nomen, indicaturis illo a Chattis huc transgressos esse? Tanto vero id probabilius, cum illic locorum, quae Dithmarus citat, Cattendregt, Cattenwoude, Cattenbroek, Cattensand, Catternesse. Ceterum de Chattis capite insequenti.

f) *pars Rom. imp. fierent*] Imo *amici et fratres Romani Imperii* in Inscriptionibus dicuntur apud Gruterum et Junium.

Manet honos, et antiquae societatis insigne [g]); nam 3
nec tributis [h]) contemnuntur [i]), nec publicanus [k])
atterit [l]): exempti oneribus et collationibus [m]), et 4
tan-

E contrario Civilis apud Tacitum Hist. IV, 14, 5. querebatur: *neque societatem, ut olim, sed tanquam mancipia haberi.*

g) *manet honos — insigne*] [*Honus* Ed. Nor. *Antiqua societas insigne* Ed. Mon. Habitus est Batavis is quoque honos, ut essent custodes satellitesque Imperatorum Romanorum, qui jam inde ab Augusto custodiam Germanorum circa se habere solebant. Vid. Lips. ad Tac. Ann. XIII, 18. Suet. Calig. 43.]

h) *tributis*] Talia enim *Germani non patiebantur* 43, 3., quoniam ea *servientium poenae* Agric. 32, 9.

i) *contemnuntur*] Qui bello superiorem agit, tantum abest, ut eum contemnamus, ut colamus. Imperata facimus, quia in ejus potestate sumus. Hoc recusaremus, quando plus valeremus. Nec tributa nobis imponi pateremur, si nobis vis major esset. Videmur igitur *contemni*, si cui *tributa* ferimus. Fac igitur formulam *tributis contemni* non inveniri apud idoneum auctorem; quis tamen cuncta veterum exemplaria excussit? Quae ratio, ut sollicitetur omnium, tam scriptorum, quam impressorum Taciti librorum lectio, quae ne ab ullo quidem librariorum vel litera fuit immutata? Dubito igitur, num opus fuerit, ut Gronovius istam loquendi rationem tanto apparatu vindicaret. Sane quae Noster hoc loco ad se invicem refert, retulit jam longe ante Cicero Tusc. Disp. V, 30. *Reliqua ex collatione facile est conterere atque contemnere*, ut Noster: *Nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit.* Ipse Lipsius fatetur, in promptu esse *conteruntur*, quod in MSto Turicensi reperitur, sed parum elegans esse, cum eadem vox statim sequatur, *nec publicanus atterit*: ferri etiam vulgatum posse. Nam quibus tributa imponuntur, hoc ipso, ut victi, pro contemptis habentur et despectis. [Batavi Tac. Hist. IV, 17. *tributorum expertes* dicuntur.]

k) *publicanus*] [Publicani erant equites, qui vectigalia a pop. Roman. redimebant.] Publica autem vectigalia intelligenda sunt, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, venalium, decimarum, scripturae, item salinarum, metallorum et picariarum. Leg. 16. et 17. de Verb. Signif. Istiusmodi vectigalia autem imponebantur victis. [Vid. Burmann. de Vectigal. P. R. Lugd. B. 1734. 4. Sallust. Catil. 20.]

l) *atterit*] I. e. exhaurit, quod istud hominum genus in provinciis facere solebat. Fre-

tantum [n]) in usum [o]) proeliorum sepositi [p]), velut tela atque arma [q]), bellis reservantur [r]). Est in eodem obsequio [s]) et Mattiacorum [t]) gens. Protulit

quentatur de bellorum incommodis. Vd. Cort. ad Sall. Jugurth. 79, 4. [Tac. Hist. II, 56.]

m) *collationibus*] Haec vox accipitur generatim de conferenda a pluribus re aliqua cujuscunque generis; [deinde de tributis conferendis Liv. IV, 60.; imprimis de tributis extraordinariis, quae pro muneribus Imperatoribus a populo, sociis et provincialibus ob victorias et triumphos offerebantur, interdum iis extorquebantur. Vid. Gierigius et] Schwartz. ad Plin. Paneg. 41, 1. Ita vero Batavi declarantur liberi ab omni genere, quod conferatur.

n) *et tantum*] [Jure Orellius *tanquam*, conjecturam a Passovio prolatam, damnavit.]

o) *in usum*] Sic saepe Noster 5, 8. et 10. 16, 5. 45, 7. et 11. 46, 5. Hist. I, 89, 1. Ann. XV, 44, 7. [*Usus proeliorum* dicitur pro eo, quo in proeliis utimur. Sic *belli usus* Sallust. Jug. 84. ibiq. Cort.]

p) *sepositi*] Annal. XIII, 54, 1.

q) *tela atque arma*] [Haec vocc. a scriptoribus saepissime jungi, simul de eorum differentia exponens docet Cort. ad Sallust. Catil. 42. add. Germ. 33.]

r) *bellis reservantur*] Hist. IV, 12, 4. — *nec opibus, societate validiorum, attriti, viros tantum armaque Imperio ministrant.* V, 25, 4. — *sibi* (Batavis) *non tributa, sed virtutem et viros indici.*

s) *est — obsequio*] *Obsequebantur* Mattiaci, ut Batavi, *Romano Imperio in usum proeliorum sepositi, velut tela atque arma bellis reservata.* Interpretarer ergo potius *leisten Folge*, quam *sind unterthan, sind unterworfen.* Quis vero isto vocabulo primum usus sit, certatum est ap. Quinctil. VIII, 3, 35.

t) *Mattiacorum*] [*Matiacorum* Ed. Vienn. Cur Noster Mattiacos hic memorarit, bene jam Spener. Notit. T. I. p. 213. exposuit: » Non Tacitus cum Batavis conjungit Mattiacos, quam quod eodem sint orti genere, eandem Romanorum amicitiam colant, eodem a Romanis habeantur honore. « Mattiaci, populus Chattorum, qui partem regionis ab Ubiis Rhenum traductis desertae occuparunt, inter Moenum et Loganam a Magontiaco usque ad Confluentes, ignorati Romanis usque ad Claud. IV. et Vitell. Coss., cum primus Tacit. Ann. XI, 20. eorum mentionem faciat; nam Strabo Chattos in relictis Ubiorum sedibus notos habuit, et a Dione Cassio Dru-

lit enim magnitudo [u]) populi Romani ultra [v]) Rhenum [w]), ultraque veteres terminos [x]). Imperii reveren-

sus in Chattis ad ipsum Rhenum castellum exstruxisse narratur XXVI annis post Ubiorum transitum. Mattiacos in Romanorum obsequio fuisse documento est h. l., et quod Curtius Rufus in eorum agro specus recluserat venis argenti quaerendis Ann. XI, 10. At Hist. IV, 37. una cum Usipiis et Chattis in bello Batavorum Magontiacum obsident. *Fontes Mattiaci calidi* apud Plin. H. N. XXXI, 17, et *Aquae Mattiacae* apud Ammian. Marcell. XXIX, 4. sunt fontes urbis Wiesbadensis, quod ruinae thermarum Romanarum in hac regione effossae et a Dorovio in libello supr. cap. 27. laudato descriptae nos dubitare non sinunt. Inter *Mattium* Ann. I, 56. a Druso eversum et Ματτιακόν seu Ματτιαδόν Ptolem. II, 11., quae nomina plerisque eandem urbem significare videntur, Wilhelm. Germ. p. 148. ita distinxit, ut illud caput Chattorum ad Adranam, hodie *Maden* prope Gudensbergam in Hassia inferiori, non vicum *Metz* post Wenck. Hist. Hass. T. II. p. 76. Mannert. T. III. p. 191. 460. fuisse contendat, hoc Marburgum ad Loganam oppidum in agro Mattiacorum: quae sententia firmioribus argumentis erit probanda. Post occupatas ab Alemannis sedes Mattiacorum (cf. Amm. Marc. XVII, 1. XXIX, 4.) nomen penitus deletum, nisi quod in Notit. Imper. in auxiliis Palatinis Mattiaci seniores, et in legionibus Comitatensibus Mattiaci iuniores memorantur. Vid. Wilhelm. p. 143 sq. Spener. l. l. De etymol. nominis cf. Barth. Hist. T. I. p. 533.]

u) *magnitudo*] Sic saepius Noster et Flor. IV, 12, 61.

v) *ultra*] Ultra Rhenum Roma profecturi cum Tacito deferentur in Germaniam. Toto coelo igitur aberrant, qui Mattiacos in Seelandia invenisse sibi visi sunt.

w) *Rhenum*] *Rhenum* Romani Imperii terminum fuisse constat. Caes. B. G. IV, 16, 4. Senec. Nat. Quaest. Praef. Claudian. Bell. Get. 330. Mamertin. in Paneg. Maxim. Herc. 7, 3. Appian. Rom. Praef. Joseph. B. Jud. II, 16, 4. [Flor. l. l.]

x) *terminos*] *Terminum* dixisse suffecerit, si tantum de Rheno sermo fuisset; at indicare voluit quoque alterum Romanorum Germaniam versus terminum, nimirum Danubium, ideoque plurali utitur. Vid. mox §. 8. et cap. 41, 1. Quantum vero et quoties termini Germaniam fuerint mutati, docet Conringius ad h. l.

6 verentiam y). Ita sede finibusque z) in sua ripa a),
7 mente animoque b) nobiscum agunt. Cetera simi-
les Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo
8 et coelo c) acrius d) animantur e). Non numera-
mus f) inter Germaniae populos, quanquam trans
Rhenum Danubiumque consederint, eos, qui De-
9 cumates agros exercent g). Levissimus quisque Gal-
lorum

y) *reverentiam*] Vid. Cortium ad Plin. Ep. V, 13, 1. [*Rev. Imperii* Tac. H. I, 55.]

z) *sede finibusque*] Noster Hist. IV, 65, 4.

a) *ripa*] Scil. Rheni orientali. [Fr. Heidekamp., Prof. Gymn. Lingens., in Progr. a. 1823. p. 12. male intellexit ripam Loganae.]

b) *mente animoque*] Has voces saepe conjungi, docent exempla apud Popmam de Differ. [p. 70.] Vid. Lucret. I, 75. Caes. B. G. I, 39, 1. [Duker. ad Flor. IV, 11., etiam *mentem animi* ib., et Periz. ad Sanct. Minerv. p. 603. Taubmann. ad Plaut. Epid IV, 1, 4. Cic. Legg. I, 22. ibiq. Wyttenb. in Ed. Moser] *Animo* Cod. Hum. pr. *mente* in marg. *manente*.

c) *solo et coelo*] Plane ut cap. 4, extr. 2, 2. Graecos dixisse κλίμα discas ex Vitruv. I, 1.

d) *acrius*] [I. e. animosiores et acriores sunt, seu propter soli naturam et aëris inclementiam ferociores et duriores sunt.] Refertur ad virtutem bellicam. Sallust. Jug. 20, 2. ubi Cort. Infra 37, 5. [De *adhuc acrius* vd. not. ad cap. 19.]

e) *animantur*] Plagam coeli ad robur animorum valere multum, docent Veget. I, 2. et Cicero de Divinat. II, 42. [Aristotel. Problem. IV, 14. Freinshem. nec nostri loci immemor ad Flor. III, 3, 2. Plin. Paneg. 12. — *cum ferae gentes non telis magis, quam suo coelo, suo sidere armantur?*]

f) *numeramus*] *Numeraverim* MSC. Longol., quod Noster amat 2, 1. 5, 5. Et ita pro antiquiorum quorundam impressorum *numeramus* ex Ed. Norimb. recte reposuit Beatus Rhenanus, [quem recentt. ad unum omnes sunt secuti. *Numeramus* est lectio optt. Codd. etiam Tur. et Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn., quam egregie et copiose tuitus est Passovius, etiam contra Longolium. Si Tacitus plurali verbi utitur, simul omnes Romanos, praecipue suae aetatis, complectitur, ut cap. 15. *docuimus*, Hist. I, 18. V, 13. Agric. 11. *accepimus*. De Perfecto Conj. vd. supra not. ad cp. 2.]

g) *Decumates — exercent*] Ad interpretandum difficilius, quia vocabulum ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων. Singularis sit *Decumas*,

lorum et inopia audax, dubiae possessionis [h]) solum

ut Ardeas, Arpinas, Capenas, imo Plauti *summates* et *infimates*. Id ab Adj. *decimus* sive *decumus* ortum esse quilibet videt. Quae vero appellandi ratio fuerit, difficilius est ad indagandum. Vox efficta videtur ad modum *campi Stellatis*, satis memorati a pluribus. Jam vero Lipsius interpretatur, communiter *Decumates agros*, qui decimas solvunt, a quibus tamen priscos illos Germanos plane abhorruisse satis evicit Meindersius. Lipsius laudat Ciceronem, qui Verr. III, 6. *omnis*, inquit, *ager Siciliae decumanus est.* [Appian. Bell. civ. T. I. p. 604. 605. Toll. *Decumates agri* a decumis, quas qui eos occupabant, ut Germanorum incursionibus obnoxii, sententia Broterii, cui agri Decumates sunt *la Souabe*, in Romanorum fidem reciperentur, solvere debebant, vocati esse videntur; sed in quanam Germaniae Magnae parte sint quaerendi, adhuc lis est inter VV. DD., quorum pars non procul a Moeno ad montem Taunum, alii in sinistra Nicri ripa ponunt, alii secundum ripam dextram Rheni et sinistram Danubii usque in Pannoniam pertinuisse contendunt. Otium de limite Imperii deque agris Decumatibus disputandi nobis fecere Mannert. T. III. p. 259 sq. et Wilhelm. Germ. p. 290 sq., a quo potissimum, quoad ejus fieri poterat, quaestio multis tenebris circumfusa clariorem lucem accepisse videtur. Mannertus negat, *agros Decumates* de omnibus regionibus limite Romano a reliqua Germania sejunctis intelligi posse, Romanosque non eodem tempore omnes, sed aliquas tantum aliquot annos tenuisse: Taciti agros Decumates et trans Rhenum inter Moenum ac Loganam et ad Danubium contra provinciam Rhaetiam sitos fuisse statuit. Alios inter Nicrum et Helvetiam, alios inter Nicrum et Moenum: eos vel a Gallis, quos tamen in Rhaetia habitasse negat, vel a veteranis Romanorum colendi causa insessos posteaque ab Alemannis, irruptione facta, occupatos. Wilhelmus hos agros Decumates in parte Germaniae ad Moenum tum in septentrionem, tum in meridiem versus et ad Nicri ripam fuisse, argumentis satis probabilibus evincere studet. Drusus Germanic. castello in monte Tauno posito (Tac. Ann. I, 56.) prima fundamenta limitis agros Decumates cingentis praesidiisque firmandi jecisse videtur, qui per longum annorum decursum ab Imperatoribus Rom., maxime Trajano (cf. Eutrop. VIII, 2.) et Hadriano (Ael. Spart. Hadr. 12.) promotus munimentisque defensus est, donec inde ab Alexandri Severi imperio Alemanni *limitem Transrhenanum* (Treb. Poll. in trig. Tyrann. 3.) seu *trans Rhenum* (Vopisc. in Tac.

lum occupavere. Mox limite [i]) acto [k]) promotisque praesidiis, sinus [l]) Imperii et pars Provinciae [m]) habetur.

4.) tandem perrumperent, et post Probi mortem agris Decumatibus potirentur, e quibus Julianus et Valentinianus I. eos pellere frustra tentarunt Cf. Amm. Marcell. XVII, 1. XVIII, 2. XXVII, 10. XXXVIII, 2.] Vim vocis *exercent* satis illustrant Noster Agric. 31, 5. [Ann. XII, 43. XIII, 54. Drakenborch. ad Sil. It. VIII, 566. Duk. ad Flor. IV, 12, 60.] Varro de R. R. II, 2, 22. Suet. Aug. 4. Vitell. 2. de ill. Gramm. 23.

h) *dubiae possessionis*] I. e. si modo hic, modo ille ejus loci, imo et rei potens est.

i) *limite*] Aggenus de limit. Agr. [p. 46.] *Limes est, quodcunque in agro ad observationem finium opera manuum factum est.* Conf. quoque Siculus Flaccus de Conditionibus Agrorum [p. 15.], Isidor. Orig. XV, 14. Festus s. v. [Vid. Gesner. Thes. s. v.]

k) *acto*] Contra Lipsii futilem emendationem *aucto* Gronov. ad h. l. exemplis optimorum quorumcunque scriptorum docuit, *limitem agere* significare *manu agere limitem*, quo pacto et praesidia potuerint promoveri, ut Noster id explicuit.

l) *sinus*] Id omnium optime ex cap. 35, 1. patet. *Sinum* igitur efficit deflexio, ita, ut linea ex una parte incurvetur, ex altera promineat. Utrumque sibi oppositum est, rei pars ultima et extrema velut lacinia, ut Gronov. Obs. I, 4. interpretatur. [Tac. Ann. IV, 52. vid. Passov. ad cap. 1.]

m) *pars Provinciae*] [*Par* Ed. Voc.] I. e. Rhaetiae ex cap. 41, 2. [Potius Germaniae cisrhenanae, i. e. superioris et inferioris, quae erat provincia Romanorum. Broterius de Germania superiore accipit; Dilthejus anceps haeret inter Rhaetiam et Germaniam cisrhenanam.]

Caput XXX.

Caput XXX.

De Chattorum sedibus, habitu corporum, disciplina militari et peditatu.

Ultra hos Chatti a) initium sedis ab Hercynio saltu

a) *Chatti*] Nomen alii a *Katze*, quo nostrates felem denotant, ipsis impositum putant [Leibnit. rer. Bruns. T. I. p. 10.], alii a *catten*, quod Wachterus ab *hetzen* petit, et unde Francogallis adhuc superest *chasser* [Anglis *catch*], derivant, [ut sint *venatores* Barth. Hist. Germ. T. II. p. 201.], alii aliunde petunt. Wachterus *Chattorum* nominis incunabula invenit in illo majorum nostrorum *Cat*, bellum, quod Catualdam, Catwicum, Catobrigam, Chasuaros [infr. 34.] aliaque multa peperit. Vid. Dissert. XXXVI. de Hermunduris, ibique citatos. [*Chatti* est scriptura optt. librorum, ut Cod. Tur. Edd. Kath. Put. Vienn. Passov., item Plinii, Strabonis (Χάττοι), Ptolemaei (Χάτται), probata etiam Schneider. Gr. lat. T. I. P. I. p. 210, erravitque cum Spenero et Mannerto T. III. p. 183. Wilhelmus, qui Edd. vulgares secutus *Catti* Tacito tribuit, ut Flor. IV, 12, 23. Suet. Domit. 6. scribunt: Ed. Spir. semel h. l. *Chassi*, alias *Chatti*. Ed. Mon. *Chatti* et bis *Chattos* hoc cap., sed 29. *Catthorum*, cap. 31. *Cattos*. Ed. Vienn. *Catthos* cap. 32. et *Catthorum* cap. 38. Ed. Nor. *Cattorum* cap. 29. *Chacti* cap. 30. *Cattorumque* cap. 36, aliis locis Edd. Mon. Nor. exhibent scripturam supra laudatam. E Chattorum nomine postea *Chassi* — *Hassi* suum traxere cf. Wenck. Hist. Hass. T. II. p. 22., qui ab Aimoino rer. Francic. scriptore *Assi*, ab Witichindo *Hassigani*, ab Adam. Brem. *Hassones* vocantur. Caesar Chattos nomine Suevorum complectitur, cum, Ubiis interpositis, eos Rheno propinquos faciat, cf. B. G. I, 37. 54. IV, 1. 2. 19. VI, 10. c. not. Mori. De finibus, qui quum non semper iidem mansissent, accurate describi nequeant, haec fere statuere licet: ad septentrionem silva Bacenis a Cheruscis Caes. B. G. VI, 10. et a parte agri Chaucorum sejungebat Germ. 35, in orientem versus Sala Franconiae ab Hermunduris Tac. Ann. XIII, 57., in meridiem Moenum et saltum Hercynium, postea in Ubiorum sedes vacuas succedentes Usipiisque et Tencteris finitimi facti (Germ. 32.) in occidentem versus Rhenum attingebant, inter Moenum et Loganam. E bellicosis et potentioribus Germaniae populis

tu inchoant [b]), non ita effusis [c]) ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania patescit,
2 durant: siquidem [d]) colles paulatim rarescunt, et Chattos suos saltus Hercynius prosequitur simul
3 atque deponit [e]). Duriora genti corpora, stricti artus

quum Chatti essent, contra Romanos, praecipue Germanicum postea de iis triumphantem, una cum Cheruscis et Sigambris saepius bella gesserunt vid. Ann. I, 55. 56. II, 7. 25. XII, 27. Hist. IV, 37. Dio Cass. LIV, 33. 36. LV, 1. Cum Hermunduris bellarunt Ann. XIII, 57.; fausto Marte cum Cheruscis Germ. 36. Dio Cass. LXVII, 5; irruperunt in Rhaetiam sub Marco Aurelio Capitolin. Marc. 8; a Juliano victi sunt Capitolin. Julian. 1. Praeter Mattium a Tac. laudatum Ptolemaeus enumerat oppida Chattorum, Nuaesium, Melocavum, Gravionarium. Cf. Wilhelm. Germ. p. 181. Mannert. l. l.]

b) *Hercynio saltu inchoant*] [*Hercinio* Edd. Spir. Nor. Put. *Incoant* Ed. Nor.] Vid. 38, 3.

c) *effusis*] I. e. campestribus et longa planitie patentibus. Hinc mox *patescit*. Conf. Plin. Ep. II, 17, 3. [Vell. Pat. II, 43. Lucan. VI, 270. De palustribus loc. vd. not. ad cap. 5.]

d) *durant: siquidem*] [Sic interpungunt opt. libri, Codd. Tur. Longol. Edd. Spir. Kath. aliaeq. sp. Pass. Rhenanum, qui primus post *patescit* puncto posito *durant siquidem* conjunxit, *paullatimque* scripsit, omnes fere editores sunt secuti, donec Passovius veram interpunctionem reduxit. Nam *durare colles* vereor ut sit latinum, cum *durare* de spatio non usurpetur, quod nihilo secius Emmerling. p. 22. interpretatur *continuo porrigi*. *Siquidem* ab optimis scriptoribus praeponi solet vd. Tursellin. de part. p. 796. Tac. Agric. 24., rarius (a poetis quoque) et minus eleganter postponi. V. Ruddim. Inst. Gr. lat. T. I. 324. Stat. Silv. III, 3, 151. Plin. H. N. XI, 16. XXXIV, 13. XXXVII, 9. *Patescit* i. q. porrigitur, poeticum. Tac. Ann. II, 61. Hist. II, 81. Ind. in Flor. s. *patere*. Gesner. Thes. s. v. *Durare* h. l. i. q. agere, vivere Tac. Ann. III, 16. Dial. de corr. eloq. 17. Plin. H. N. IX, 21. Plaut. Trinumm. II, 2, 13., non *aushalten* cum Dilthejo.]

e) *Hercynius — deponit*] [*Hercinius* Edd. Spir. Nor. Put. *Hercyninus* Ed. Mon. Vid. Mannert. p. 183. l. l. Passov. ita loc. interpretatur: » Chatti Hercyniae quasi filii sunt, montes vera Chattorum patria. « Hercynius saltus cum Chattorum regione porrigitur et finitur.]

artus, minax vultus, et major animi vigor [f]). Multum, ut inter Germanos [g]), rationis ac sollertiae [h]); praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines [i]), intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem [k]), vallare noctem [l]), fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare 4

f) *stricti artus — vigor*] [I. e. validi, densi, opp. fluentibus, flaccidis. Cod. Hummel. *animis*, non spernendum.]

g) *ut inter Germanos*] Per contemptum. Dicere vult, quamvis inter Germanos *vulgo* parum rationis ac sollertiae inveniatur; *Chattos* tamen aliis praestare. [Hist. IV, 13. — *Civilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio sollers.* Vellej. II, 118. de Arminio — *ultra barbarum promptus ingenio.*] Sic cap. 45, 7. *ut barbaris.* Cap. 22, 5. *ut inter vinolentos.* Sic quoque saepe Florus. Vid. Freinshem. in Indice sub *ut barbaris.* [Vid. not. ad cap. 2.]

h) *rationis ac sollertiae*] *Ratio* opponitur *arti* apud Quinctil. I, 1., *sollertia* vero *inertiae* Donat. ad Terent. Eunuch. III, 2, 25. [Noster in laudando maxime respicit res bellicas.]

i) *ordines — occasiones*] [Pro *occasiones* Ed. Nor. *necessitates.*] De ordinibus vd. Veget. I, 26. [Est vox militaris. Romani in ordinibus observandis proeliorum momentum ponebant. Cort. ad Sallust. Jug. 80. Quinctil. Decl. 3. Sprengelius male: *sie kennen Stände.* Cf. Ann. II, 45. de Cheruscis, Semnonibus et Langobardis: *Diriguntur acies, pari utrimque spe, nec ut olim apud Germanos, vagis incursibus, aut disjectas per catervas: quippe longa adversum nos militia insueverant sequi signa, subsidiis firmari, dicta imperatorum accipere.*]

k) *differre impetus, disponere diem*] Plin. Ep. IX, 36, 1. ibique Cort. [Gronov. ad h. l. *Disponere diem* i. q. sua cuivis diei parti negotia assignare, non stationes disponere, quam interpretationem Tacito obtrudere voluit Emmerling. p. 23. Broterius explicat: disponere diem ad proelia, vallare noctem contra incursus. Supra cap. 4. Germanos in universum ad impetum tantum validos dixerat, sed Chattis meliorem disciplinam esse h. l. refert. Vid. Loccen. ad Curt. IV, 14, 13.]

l) *vallare noctem*] [*Vallere* Ed. Kath.] *V. n.* i. e. nocte se vallare [seu castra vallare], per metonymiam rei, quae fit nocte, ejusque causa, contra ac Galli, quos Romanus imperator reprehendit Liv. V, 44, 6.

5 rare: quodque rarissimum, nec nisi ratione m) disciplinae concessum, plus reponere in duce n),
6 quam in exercitu. Omne robur in pedite o), quem super arma ferramentis p) quoque et copiis q) one-
7 rant r). Alios ad proelium ire videas, Chattos ad
8 bellum s): rari excursus et fortuita pugna. Equestrium

m) *ratione*] Haec vox a majoribus nostris per compendium *rone* scripta, ut in Edit. Rhagiana, occasionem praebuit effingendi *Romanae*, qua non opus est, etsi eam restitui vult Ernestius cum Gronovio ex Bamb. et Arundell. MSC., quibuscum etiam facit Hummel. *Ratio disciplinae* est modus disciplinae. Quid vero hac dicendi ratione optimo cuique veterum scriptorum frequentius? Dicere vult, haec omnia apud Germanos fieri non posse, nisi apud eos disciplina militaris esset. [Equidem cum Passovio ob Codd. optimorum, ut Tur., et Edd. Spir. Kath. aliarumque ap. Passov. auctoritatem et ob sensum lectionem *ratione* retinui, licet Orellius, cui magis fere placet *Romanae*, contra Passovii rationem lectionis, defendendae bene monuisse mihi videatur. Hartmann. Observ. P. II. p. 10. *rationem disciplinae* non cum Long. de modo disciplinae, sed potius de ordine disciplinae, de disciplina bene ordinata et constituta intelligi vult.]

n) *plus rep. in duce*] Flor. II, 18, 11. *Tanti esse exercitum, quanti imperatorem*, ibique Freinshemius.

o) *in pedite*] [*Impedite* Ed. Vienn. Vid. cap. 6 et 32.]

p) *ferramentis*] Veget. II, 25. [*Ferramenta* h. l. rastra, ligones, secures Passov. ad h. l.]

q) *copiis*] I. e. frumento et commeatu. Tac. Ann. I, 68. II, 60. XV, 16. Hist. II, 32. [III, 15.] IV, 22. Plin. Ep. II, 17, 26. [Arntzen. ad Plin. Pan. cap. 31. Acidal. ad Vell. Pat. II, 111. T. II. p. 1156. Ruhnk. Kapp. ad Valer. Max. II, 3, 3. Duk. ad Flor. IV, 2. Tennul. in Frontin. Strateg. IV, 1, 7. p. 284.]

r) *onerant*] Sic pro vulgato *coonerant* [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath.] Lipsius tacite edidit, quem secutus est Ernestius, quia in Ed. Norimb. *onerant* legitur. Nec aliter MSC. Longol. et Hummel. [Edd. recentt., nam *coonerant* non latinum est expellendum e Lexicis.]

s) *proelium — bellum*] *Bellum* est omne militiae tempus, *proelium* vero certamen, quod fit in bello. Ann. II, 88. XII, 39. Hist. II, 10. Liv. XXX, 35. *Pugna* vero est lucta. Donat. ad Terent. Adelph. II, 1, 17. Festus s. voce *pugnus*. Reitz. Miscell. Obs. Crit. Vol. X. T.

strium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere [t]). Velocitas juxta formidinem, 9 cunctatio propior constantiae est [u]).

Caput XXXI.

Chattorum incitamenta ad virtutem bellicam. Adolescentes post hostem caesum barbam capillosque radunt. Ignominiosa annuli ferrei gestatio. Nulli aut cura rei familiaris, aut ager.

Et aliis Germanorum populis usurpatum rara [a]) et 1 privata cuiusque audentia [b]), apud Chattos in consensum vertit [c]), ut primum adoleverint, crinem bar-

I. p. 131. Sil. It. VI, 208. Plin. Ep. VI, 13, 6. ibique Cortius.

t) *equestrium - cedere*] [*Caedere* Ed. Spir. Ad Parthos respicere Tac. videtur. Vd. Justin. XLI, 2.]

u) *velocitas — est*] [*Cunctatio* Ed. Spir. »Sensus est: si quis hostem reformidat, tum acrius eum aggreditur, ut furor in locum virtutis cedat; contra, qui vere fortis est, caute ac prudenter cunctatur.« Emmerling. De praepos. *juxta* vid. supr. ad cap. 21.]

a) *usurpatum rara*] [In hac lectione consentiunt omnes fere libri, nisi quod *raro* habent Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Rom. Seebod., quod non spernendum videtur. Edd. Spir. Kath. aliaeque Edd. ap. Passov. plene, Longol. commate, distinxere post *usurpatum*, nullam distinctionem exhibent Cod. Tur. Edd. Nor. Lips.]

b) *audentia*] Reperitur haec vox quoque apud Plin. Ep. VIII, 4, 4. IX, 26, 5. [Tac. Ann. XV, 63.] et opponitur *temeritati*. Vid. cap. 29, 9. 34, 4.

c) *in consensum vertit*] [*In conventum* Cod. vet. Groslot.] *Vertit* scil. se, seu versum est, [intransitive, ut saepius *movere, ponere, mutare*.] V. Perizon. ad Sanct. Min. III, 2, 1. Sue-

barbamque summittere, nec, nisi hoste caeso [d]), exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.
2 Super sanguinem et spolia [e]) revelant frontem [f]), seque tum demum pretia nascendi [g]) retulisse [h]), dignosque patria ac parentibus ferunt. Ignavis et
3 imbellibus manet squalor [i]). Fortissimus quisque ferreum insuper annulum, ignominiosum [k]) id genti,

ton. Calig. 50. Virgil. Ecl. VIII, 6. Liv. VII, 2. Plaut. Mil. glor. II, 2, 48. [Add. luculentam Passov. not. ad h. l. Drakenb. ad Sil. Ital. IX, 645. Freinshem. ad Curt. IV, 6, 13. Tac. Ann. XI, 27. Hist. IV, 27. Parei Lex. crit. p. 1284. Gesner. Thes. s. v. *verto*. De verb. graec. et latinis activis, vi intransitiva, vid. Frommel. in Meletemm. oper. Fr. Creuzer. Fasc. III. p. 158.]

d) *nisi hoste caeso*] [*Hoste ceso* Cod. Tur. *exso* Edd. Spir. Kath.] Tacit. Hist. IV, 61, 1. [de Civili] ibique Lipsius. Suet. Caes. 67. [Paul. Diac. de Gest. Langobard. III, 7. *Sex millia Saxonum, qui bello superfuerant, devoverunt se neque barbam neque capillos rasuros, nisi se de Suevis hostibus ulciscerentur.*]

e) *super sanguinem et spolia*] [I. e. spoliis hosti caeso detractis.] Metonymice signum pro re signata, i. e. pro effusione sanguinis v. Senec. Thyest. III, 504. *Spolium* differt a *praeda* Liv. I, 37. It. Sil. V, 137. ibique Drakenborch. [Serv. ad Virg. Aen. VIII, 201.]

f) *revelant frontem*] I. e. et barbam radunt et crinem tondent. MSC. Longol. *revelant vultum frontem* ex glossa. [*Frontes* Cod. Tur. Edd. Spir. Kathar. Put. Rhen.]

g) *pretia nascendi*] [*Noscendi* Ed. Nor.] Sic apud Plin. Ep. I, 12, 4. [Gier.] *pretia vivendi*. [Int. res, ob quas dignum (operae pretium) fuerit nasci. Ann. VI, 29. *pretium festinandi*.]

h) *retulisse*] [*Rettulisse* Edd. Kath. Put. Mon.] Plane ita Sueton. de ill. Gramm. cp. 15. *pretium domino suo retulisse*.

i) *squalor*] Hujus verbi vim accurate exposuit Gellius II, 6, 24. vid. quoque Ovid. ad Liv. Aug. 86. Cic. ad Div. Ep. V, 1, 3. ibique Cort. Tibull. IV, 4. [p. 390. Broukh.]

k) *annulum, ignominiosum*] [*Anulum* Spir. Broter., quod damnatum a Grotef. Schneid. Gr. lat. T. I. P. II. p. 422. praeferendum videtur. *Ignominosum* Ed. Vienn.] De annulis apud Romanos vid. Plin. Hist. Nat. XXXIII, 1. Flor. II, 6. [Kirchmann. de annulis liber. Francof.

ti, velut vinculum gestat [l]), donec se caede hostis
absolvat [m]). Plurimis Chattorum hic placet habitus: 4
jamque canent insignes [n]), et hostibus simul suis-
que monstrati. Omnium penes hos initia pugna- 5
rum: haec prima semper acies, visu nova [o]). Nam
ne in pace quidem vultu mitiore [p]) mansuescunt [q]).
Nulli

1672. 8.] Apud Chattos vero gestatio annuli erat non minus ignominiosa, quam apud nos gestatio compedum. [Quam Herelius in Comm. de nonnull. loc. in Tac. German. Erfurt 1796. 4. p. 8. proposuerat emendationem *ominosum* pro *ignominiosum*, in nostr. loc. non esse admittendum, probavit Beckmann. Observ. minor. II, 14. p. 300.]

l) *gestat*] Plaut. Curcul. V, 2, 4. [*annul. gestitare.*]

m) *absolvat*] Vox judicii Cic. in Verr. IV, 45.

n) *canent insignes*] I. e. nonnulli hoc insigne, videlicet ferreum annulum, gestantes retinent neque deponunt, usque dum cani, i. e. senes, fiant. [Citra necessitatem interpretes in h. l. emendando et explicando laborarunt, cujus sententia est expedita. Plurimi Chattorum, ne senes quidem facti, barbam capillosque promittere, annulumque gestare dedignantur, suis et hostibus ut exempla fortitudinis conspicui. Proxime ad meam explicationem accedit Wagneri, Dir. Gymn. Lueneb., in Seebod. bibl. crit. 1823. Fasc. 8. p. 798. Broterius: »Multis jam caedibus insignes canent, anulum ferreum gestantes, torvoque habitu, ut se novarum semper caedium avidos probent.«] Ed. Rhagiana [» Put. Mon.] *cavent — monstrari*, sine dubio a quodam sciolo.

o) *visu nova*] [H. l. tentare conjecturis, quas multi certatim effuderunt hoc esset nodum in scirpo quaerere: velut Gronov. *non nova*, quidam *non vana*, Sprengel. c. V. D. in Eph. lit. Jen. 1818. Aug. *haec novissima*, cum Bernegg. Bip. Oberlin. *torva*, Freinsh. *nota*, Hiller. *saeva*. Pugna Chattorum ob crines barbamque summissos eorum, qui in prima acie versabantur, horridiore erat aspectu et novo, qualis apud reliquos Germanos oculis se non offerebat. De Ariis vid. infra cap. 43.]

p) *vultu mitiore*] [*Voltu* Cod. Tur., de qua scriptura non solum priscis Romanis, etiam in vv. *volgus*, *volnus*, *voltur* etc., sed et optimis scriptoribus posterioris aevi usitata vd. Cellar. Orth. T. I. p. 28. Grotef. Gr. lat. T. II. §. 150. Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 31. *Cultu* Cod. Arund. Ed. Vienn., quod Pichenae placebat

6 Nulli domus, aut ager r), aut aliqua cura; prout ad quemque venere, aluntur: prodigi alieni, contemptores sui, donec exsanguis s) senectus tam durae virtuti impares faciat.

Caput XXXII.

De Usipiis ac Tencteris.

1 Proximi Chattis certum a) jam alveo Rhenum, quique

et Passovio magis arridere videtur, vulgatam bene illustranti, cujus patrocinium jam Ernestius susceperat: recepit Sprengelius. Orellio lectio *vultu* eo quoque nomine se commendat, quod *cultus* tersior, mundior, mollior etc., non *mitior*, quod ad animi sensum in vultu elucentem magis pertineat, dici possit. Ernestio etiam in mentem venit *in vultum mitiorem*, alii V. D. *vultui mitiori.*]

q) *mansuescunt*] Proprie dicitur de animantibus, quae ita mites fiunt, ut e *manibus* hominum cibos captare *assuescant*, aut se manibus tractari sinant. Varro apud Non. VIII, 5. Cicer. de Invent. I, 2. [Compara χειροήθης Graecorum.]

r) *nulli domus, aut ager*] [*Hulli* Ed. Spir. *Aut ager* om. Put. Deinceps Nostro forsitan obversabatur Sall. Catil. 5. — *alieni appetens, sui profusus.*]

s) *exsanguis*] [*Exanguis* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath., de qua scriptura vid. Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 552. sq. *Exsanguis* i. e. effeta, decrepita.] Sallust. Cat. 15. ibique Cortius. [*Anni exsangues* Stat. Theb. XI, 303. *Exsanguis senectus* Lucan. I, 343.]

a) *certum*] I. e. verum, minus se effundentem, aut lacus efficientem, ut apud Batavos.

que terminus esse sufficiat, Usipii b) ac Tencteri c) colunt.

Opp. *dubius*. [Rectius *vagus* et *diffusus*. *Rhenus uno alveo continuus* Tac. Ann. II, 6. *Mox diu solidus* (Rhenus), *et certo alveo lapsus* Mela III, 2.] Sic *certi fluctus* apud Petron. cap. 114. ibique Burmann.; *certa fides* apud Flor. IV, 12, 59. ibique Duker. Conf. supra 29, 1. *non multum ex ripa — colunt*. *Alveus* est, qui flumen inter utramque ripam continet. v. Virg. Georg. I, 208. Quinctil. II, 1, 4.

b) *Usipii*] [*Usipi* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor. Vienn. e compendio scribendi.] Nomen acceperunt a fluviolo *Usa*, *Us*; eorum autem sedem quaere in *Usingen* et *Wiesbaden*. Quasi dicas *Wisipetes*, i. e. balneariorum in pratis accolas, unde *Wiesbadenses* hodierni. Hoc ergo loco *Usipios* seu *Usipetes*, etiam Caesari de B. G. IV, 1, 1. aliisque memoratos, olim habitasse, veri est simile. [*Usipii* ubivis Tacitus, praeter Ann. I, 51., ubi *Usipetes*, ut Caesar et Florus, Οὐσιπέται Dio Cass., Νουσίποι Strabo, Οὐΐσποι Ptolem., Οὐσίπαι Plut. Caes. 22., *Usippi* Aeth. Cosmogr. Vix credibile, Usipios in novis demum sedibus, prout res ferebat, mutatis, a fluviolo Usa nomen traxisse, quum antea una cum Tencteris agris expulsi a Suevis, et multis Germaniae locis triennium vagati Rhenumque transgressi e finibus Eburonum et Condrusorum a Caesare per dolum proelio ejecti essent; quo facto trans Rhenum in fines Sigambrorum se receperunt seque cum iis conjunxerunt.]

c) *Tencteri*] Hi in plerisque veterum locis cum *Usipiis* sive *Usipetibus* conjunguntur. Caes. de B. G. IV, 1, 1. 4, 1. 18, 4. Tacit. Annal. XIII, 56. Plutarch. Caes. [22.] Varie autem *Tencterorum* nomen scribitur a veteribus. Dicuntur ab Appiano Celt. l. XVIII. p. 1193. Ταγχρέαι, Plutarcho l. c. Τεντερίδαι, Dione Cassio lib. XXXIX. p. 126. Τέγκτηροι, Interpr. graec. Caesaris IV, 4 Τέγχθεροι [Τίγγεροι Ptol. II, 11., ubi Cod. Coisl. Τέγκεροι.] Sic quoque MSC. apud latinos scriptores variant, ut apud Caes. ll. ll. membranae Egmondana, Patavina et Gottorpiensis, quarum copiam mihi fecerunt Angli, aliique libri vel *Tanchteros*, vel *Tenchtheros* [quae est lectio vulgata], vel *Tenchteros* habent. Conf. Flor. III, 10, 14. [ubi *Tencteri*, at IV, 12, 23. *Tenctheri* in Ed. Duk.] Tacit. [German. 38.] Ann. XIII, 56. Hist. IV, 21. 64. 77. In Codd. Hummel. Longol. est *Tencteri*. [*Teneteri* constanter Cod. Tur. Edd. Kath. Mon. et hoc cap. Spir. Put., at hae insequenti *Theneteros*, *Teucteri* Ed. Vienn. et sic semper; infra cap. 38. *Thenctero-rumve* Ed. Spir., *Teuter*. Ed.

2 colunt. Tencteri super solitum bellorum decus,
3 equestris disciplinae [d]) arte praecellunt. Nec major apud Chattos peditum laus, quam Tencteris equi-
4 tum. Sic instituere majores; posteri imitantur. Hi lusus infantium, haec juvenum aemulatio; perse-
5 verant senes. Inter familiam et Penates et jura successionum equi traduntur: excipit filius, non, ut cetera [e]), maximus natu, sed prout ferox bello et melior [f]).

Caput XXXIII.

Mon., *Tencaterorumve* Cod. Tur., *thenecterorumve* Ed. Kath. Res Usipiorum et Tencterorum, qui Caesari primum innotuerunt, enarrantur B. G. IV, 1 — 16. Suet. Caes. 24. Flor. IV, 12, 23. Usipetes a Druso sunt domiti, qui Tencteros et Chattos percurrit. Usipetes cum Tubantibus et Bructeris Germanicum redeuntem aggrediuntur. Tac. An. I, 51. Cum Batavis foedere juncti contra Romanos. Hist. IV, 22. 64. 77. Exercitus ex Chattis, Usipiis, Mattiacis mixtus a Magontiaco obsesso discedit IV, 37. Usipiorum a Romanis conscriptorum et in Britanniam transmissorum magnum facinus narratur Agric. 28. (vid. Martial. VI, 60.); Usipii postea Alemannis mixti nomen amiserunt. Tencteri, qui postea in foedere Francorum erant Greg. Turon. II, 9., tempore Tac. septentrionem versus Bructeros et Luppiam attingebant, meridiem versus Usipetes, qui inter Segum et Loganam; sed tempore Ptolemaei, si Οὐΐσποι sunt iidem, qui Usipii, post migrationem non procul a Silva nigra consederant. Vid. Mannert. T. III. p. 153. de Usip. p. 180. de Tenct. Spener. Notit. T. I. p. 228 sq. Wilhelm. p. 138 sq.]

d) *equestris disciplinae*] [Vd. Caes. B. G. IV, 2. 11. 12. 16. Forsitan VII, 63. etiam ad Tencteros referri possit.]

e) *cetera*] [Hanc lectionem praebent Codd. Hummel. Longol. Ed. Nor. omnes recentt. *Ut exstat* Cod. Tur. e correctione, nam primo scriptum videtur *ut extera*, quod habent Edd. Spir. Kath. Put. Vienn., *ut extra* Edd. Mon. Rhag.]

f) *ferox bello et melior*] Abeat Acidalius ab Ernest. laudatus cum transpositione sua *ferox et bello melior*. Per Prozeugma enim *bello* refertur quoque ad *melior*. De qua loquendi ratione vid. Cort. ad Sallust. Jug. 13, 1. [Vid. exempla Hyperbati seu Synchyseos ap. Reitz. de Ambig. p. 595. Huschk. in Wolf. Anal. Vol. I. p. 173. De conjunctione Positivi cum Com-

Caput XXXIII.

De Bructeris, Chamavis et Angrivariis.

Juxta Tencteros Bructeri [a]) olim occurrebant, nunc 1 Cha-

parativo ex imitatione Graecorum laudans nostrum loc. et Ann. I, 57. bene disseruit Boeckh. ad Pindar. Olymp. I, 104. T. I. P. II. p. 351. Vid. Passov. ad cap. 6. — De hac singulari Tencterorum successione vid. Gebauer. p. 580.]

a) *Bructeri*] [*Bruteri* Cod. Arund.] Horum meminere Noster Annal. I, 51 et 60. XIII, 56. Hist. IV, 21 et 77. V, 18. [22.] Eumen. Paneg. Constant. dict. cap. 12, 1 et [13.] Nazar. Paneg. 18, 1. Claudian. in IV. Consul. Honor. 451. imo ante omnes Strabo VII. p. 444., cujus p. 446 et 448. memorati Βούκτεροι sint, si Casauboni sententia standum, isti Ptolemaei Βουσάκτεροι, a quo tamen dissentiens in partes transeo Cluverii, jubentis pro Strabonianis Βουκτέροις reponi Βρουκτέροις, praeeunte de Fürstenberg. [Monum. Paderborn. p. 59., addicente Cod. Moscov.], ita tamen, ut leviori brachio opus esse arbitrer, ρ in locum ο suffecto, quo fiet Βρύκτεροι, quae scriptura eadem ac Latinorum *Bructeri*. Graecorum enim υ respondere Latinorum ŭ, docui in Εὐμονδόροις Strabonianis. Inde Sulpicii Severi apud Gregor. Turon. II, 9. *Bricteri*, quippe quod Latinis priscis sonus vocalium ŭ et ĭ erat affinis. Non alii *Bruteri* Vellej. II, 105, 1. [ubi Ruhnkenius recepit correctionem Rhenani *Bructeri*]. Longiori oris tractu nati fuerint *Boructuarii* in Vita St. Suiberti a Marcellin. conscripta cap. 22., et *Borthari* ex transpositione literarum r̄ et ū atque commutatione ō et ū. Sic nomen scripsit Gregorius II. in epistola quadam. [*Burcturi* Tab. Peuting.] Nomen suum, [in quo derivando recentiores fere consentiunt], nacti sunt ex *Brok*, *Broek*, *Bruch*, quod apud Belgas atque Westphalos locum palustrem indicat. Fuerint igitur *Bructeri* locorum palustrium accolae, et vestigia nominis adhuc in *Osnabrück* reperias. [Bructerorum fata, qui erant e fortissimis Germaniae populis cumque Romanis saepius bella gesserunt, locis scriptorum a Longolio excitatis continentur; pugnarunt strenue contra Varum, sed postea victi sunt a Stertinio; Batavorum socii ad Mosellam bellum faciunt. *Veleda* (vid. cp. 8.) erat ex ipsorum gente; postera aetate nomine Francorum in Gallia versantur. In *majores* et *minores*, quos Amisia se-

Chamavos b) et Angrivarios c) immigrasse narratur

paravit, divisi sedes suas bellis Romanis nunquam mutare sunt coacti. Pertinebant eae septentrionem versus ad confinia Chaucorum et Frisiorum, orientem versus non penitus usque ad Visurgim, in meridiem non penitus ad Luppiam, in occidentem ad Vidrum. Quae a Tac. de excidio Bructerorum per Chamavos et Angrivarios, Nerva imperante, (forsitan etiam, quae a Plin. Ep. II, 7. de Bructerûm rege a Spurinna reducto) narrantur, Mannerto T. III. p. 108. 162. et Wilhelm. p. 127. adeo suspectae fidei sunt visa, ut ea potius rumore falso sparsa et a Nostro libenter arrepta esse putarent. Postera aetate clarum fuisse Bructerorum nomen in foedere Francorum, ex bellis a Constantino aliisque Imperatoribus contra eos gestis manifesto apparet. Cf. Eumen. Nazar. Claudian. ll. ll. Ptolemaeus nomina quatuor oppidorum exhibet: Stereontion, Bogadion, Tuderion, Mediolanion, sed Wilhelmus nonnisi ultimum oppidum, Stereontion et Bogadion Marsis, Tuderion Chaucis assignat.]

b) *Chamavos*] [*Chamanos* h. l. et cap. 34. Cod. Tur. Καμανοί Ptol. II, 11. Χάμαβοι Julian. in Orat. ad S. P. Q. A. *Chamabi* Eunap. Sardian. Chamavi ante Caesaris expeditiones in Galliam Rheni accolae fuerant, sed cur arva postea a Tubantibus, et deinde ab Usipiis occupata reliquerint, ignoratur vid. Tac. Ann. XIII, 55. Postquam foederi Francorum accesserant, Rheno proximi iterum in pristinis sedibus deprehenduntur, quo tempore Julianus Imp. cum Nebisgasto, rege eorum, pacem composuit. Ammian. Marcellin. XVII, 9. Gregor. Turon. II, 9. De etymol. nominis vid. Barth. T. II. p. 211., quod in *Hamm*, urbe Westphalica, nonnulli reperisse sibi visi sunt.]

c) *Angrivarios*] Hi sine dubio nomen sortiti sunt a flumine *Anger*, ut significent accolas rivi *Anger*. Sedem igitur eorum facile invenies, si tecum reputaveris, vestigia nominis etiamnunc exstare in *Engern*, *Angermünde*, *Angerort* etc. [Barth. T. II. p. 213. interpr. *Angermänner*.] *Angrivariorum* Noster saepe meminit in Annalibus. [Praeter Tacit. a solo Ptolem. II, 11. Ἀγγριουάριοι laudantur. Stertinius Germanicum a tergo adorientes coercet. Ann. II, 8. Lato aggere a Cheruscis dirimuntur. II, 19. Stertinius eos accepit in deditionem. II, 22. Romanos ab interioribus redemptos reddidere. II, 24. Germanicus de iis triumphavit. II, 41. Seriori aetate inter Saxones nomen eorum florebat, cum *Angarii* vocati inter Westphalos et Ostphalos medii essent. De finibus non usque

tur [d]), pulsis Bructeris, ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio, seu praedae dulcedine, seu favore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo [e]) quidem proelii in- 2
dere. Super sexaginta millia, non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi [f]) oculisque ceciderunt. Maneat, quaeso [g]), 3
duretque gentibus, si non amor nostri, at certe [h]) odium sui; quando in urgentibus [i]) Imperii fatis nihil

quaque accurate describendis vid. Mannert. T. III. p. 278. Wilhelmus p. 162. Angrivarios ad utramque Visurgis ripam non procul a saltu Teutoburgiensi, quod nomina locorum a Longolio laudatorum testantur, coluisse suspicatur.]

d) *Chamavos — narratur*] [Hac constructione insolentiori, quam Latini a Graecis desumserant vid. Gronov. ad Arrian. Anab. I, 1. Diod. Sic. XV, 45. Sturz. Lex. Xenophont. T. III. p. 22., Tacitus passim utitur Ann. I, 10. Hist. I, 50. 90. IV, 52. Cf. etiam Corn. Nepot. Pausan. 5. ibiq. interpr. Liv. I, 55. XL, 29. Drakenb. ad Liv. I, 31. Duker. ad Flor. II, 6, 45. Heins. ad Ovid. Fast. IV, 507.]

e) *ne spectaculo*] [*Se spect.* Ed. Mon.] Ablativus, cujus plura exempla apud Plinium, cui et scriptoribus argenteae aetatis hoc frequens. Ep. I, 10, 12. ubi Cortius videndus. [Nam *invidere* his modis construitur a Latinis: *invidere alicui aliquid, alicui rei alicujus, alicui aliqua re, alicui in aliqua re* vid. Periz. ad Sanct. Minerv. III, 3, 80. p. 348. Ruddimann. Instit. P. II. p. 144. Gesner. Thes. s. v. Interpr. ad Tacit. Ann. I, 22. in Ed. Oberlin.]

f) *oblectationi oculisque*] I. e. ad oblectationem oculorum, per Hendiadyn. Exempla hujus figurae plura dedimus ad 7, 3. Conf. quoque Caes. de B. G. VI, 21, 3. *labori et duritiae*, i. e. duro labori. Praeterea in vocibus *non armis telisque — sed — oblectationi oculisque ceciderunt* elegans est Hyperbaton Ablativi et Dativi.

g) *quaeso*] Scil. Deos. Terent. Andr. III, 2, 7. Cic. ad Divers. XI, 3. extr.

h) *si non — at certe*] [*Ac certe* Edd. Put. Mon.] Elegans loquendi ratio Latinis perquam familiaris. Exempla praeter alios multos congessit Kappius in indice ad Melam sub *si non.* [Tursellin. de part. p. 791.]

i) *in urgentibus*] J. Gronovius frustra malit *vergentibus*,

nihil jam praestare fortuna majus potest, quam hostium discordiam k).

Caput XXXIV.

De Dulgibinis, Chasuaris, et Frisiis majoribus minoribusque. Oceanus tentatus Romanis. Herculis columnae septentrionales. Post Drusum, Germanicum nemo Oceanum tentavit.

1 Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgibini a) et Cha-

[quae lectio unius Cod. Arund. et libr. script. ap. Lips.]; nam vulgatum elegantius est, et in Codd. Hummel. Longol. (omisso tamen *in*) [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. et optt. libris a Passavio laudatis, qui *in* inde reduxit.] legitur. Digitum intendit auctor ad cap. 37, 9. [*Urgens fatum* frequentatur a Latinis vid. Virg. Aen. II, 653. Lucan. X, 30. Liv. V, 22. 36. XXII, 43. ibiq. Duker.]

k) *hostium discordiam*] Vid. Buchner. ad Tacit. Agric. cap. 12. [et 32. Ann. II, 62. XI, 17. Voti sui compos factus est, si audiamus Mamertin. in Genethliac. Maximiani p. 137. Ed. Catan. *Undique se barbarae nationes vicissim lacerent et excidant alternis dimicationibus, et insidiis clades suas duplicent et instaurent: Sarmaticas vestras et Rhaeticas et Transrhenanas expeditiones furore percitae in se imitentur. Sancte Jupiter, et Hercules bone, tandem bella civilia ad gentes illas vesania dignas transtulistis, omnemque illam rabiem extra terminos hujus Imperii in terras hostium distulistis.* Fortasse Tacito obversabantur bella Cheruscorum cum Marcomanis Ann. II, 44. et Chattis XII, 28.]

a) *Angrivarios — Dulgibini*] [*Angrivorios* Ed. Mon.] *Dulgibini* haud dubie iidem sunt, qui

Chasuari [b]) cludunt [c]), aliaeque gentes, haud perinde memoratae [d]). A fronte Frisii [e]) excipiunt. Ma- 2
jori-

Ptolemaeo II, 11. Δουλγούμνιοι, quorum sedes fuere in Westphalia. [Dulgibinorum sedes sic describit Ptolemaeus. Μεταξὺ Καυχῶν τῶν μειζόνων καὶ τῶν Συήβων (i. e. Chattorum) Ἀγγριουάριοι· εἶτα Λαγκοβάρδοι· ὑφ' οὓς Δουλγούμνιοι. Sed Tacitus aliter, quum a *tergo*, i. e. ab oriente Visurgim versus Chamavos et Angrivarios attingerent, et occidentem versus ultra saltum Teutoburgicum paterent. Mannert. III. p. 178. De etymo nominis vd. Barth. T. II. p. 203. Postea cum Cheruscis, quorum clientes, et apud quos Varus deletus est, trans Visurgim migrasse videntur, ubi Ptolemaeo innotuere triaque oppida eorum: Tulisurgium, Pheugarum et Tropaea Drusi. Spener. T. I. p. 222. et Wilh. p. 132.]

b) *Chasuari*] [*Chasuarii* Ed. Longol. *Thasuarii* Ed. Nor.] A Ptolemaeo l. c. dicuntur Κασουάροι, a Strabone VII. p. 446. Χαττουάριοι, a fluvio *Hasa*, *Chasa*, vel *Chasua* ita nominati, qui imprimis Episcopatum Osnabrugensem perfluit. Ab his non diversi sunt *Attuarii* apud Vellej. II, 105, 1. [Ruhnk. *Attuari* Ed. princ., bene] Nomina enim propria, aliquanto longiora, subinde capite suo truncata fuisse, usus quemvis edocebit. *Attuarii Franci* dicuntur quoque Amm. Marc. XX, 10. [at vd. var. lect.] *Attuarii* etiam Greg. Turon. Gest. Franc. Epit. cap. 19. [Ptolemaeus eos ponit infra Langobardos cis Visurgim, quocum fere Noster congruit, ut habitarent partem Westphaliae maximeque terrae Paderbornensis, inde a fluviolo Diemel, h. e. a finibus Chattorum usque ad Dulgibinos, Visurgi a Chamavis sejuncti. A Tiberio cum aliis Germaniae populis sunt subacti Vellej. II, 118. Germanicus triumphum de iis egit Strab. l. l. Sunt, qui ob nominis similitudinem ad Chattos originem eorum referre velint, ut post Cluverium Wenck. Hist. Hass. T. II. p. 53., quam Mannert. T. III. p. 179. rectius ad Cheruscos refert.]

c) *cludunt*] Sic quoque Codd. Hummel. Longol., sed tamen cap. 43, 1. *terga Marcomanorum claudunt*. Alii h. l. *claudunt*. [Sic Cod. Turic. solus. *Eludunt* Ed. Spir. Cum *claudere* et *cludere* ab Nostro et optt. scriptoribus promiscue usurpentur, in alterutra forma recipienda a Codd. auctoritate pendere debemus. *Cludere* Tac. H. I, 33. Germ. 35. Dial. de corr. eloq. 30. ibiq. Schulz. Cic. N. D. II, 39. Creuz. Duker. ad. Flor. III, 20, 13. Drakenb. ad Sil. It. VI, 451. *Claudere* saepius quam *cludere* reperitur apud Tacitum. Cf. Passovium.]

d) *memoratae*] [Hac refer

joribus minoribusque Frisiis vocabulum est ex modo virium. Utraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur [f]), ambiuntque immensos insuper lacus [g]), et Romanis classibus navigatos [h]). Ipsum

Ansibarios Ann. XIII, 55. 56. Tubantes ibid. et Ann. I, 51.]

e) *Frisii*] [*Frisii* Tac. Plin., Φρίσσιοι Ptolemaeus, Φρείσιοι Dio Cass., Φρείσσονες Procop., *Frisei* — *Frisaei* — *Frisaevones* vett. Inscript. ap. Gruter. p. 532., *Fresones*, *Frisones*, *Frisiones* seriori aetate, qui adhuc nomen servarunt, Oceanum a septentrione, Rhenum ab occidente, Amisiam ab oriente, Vidrum, ut verisimile est, a meridie habebant. Frisii a Druso in amicitiam suscepti diu socii et amici Roman. mansere, quorum exercitus crebro per fines eorum duxit. Dion. Cass. LIV, 32. Tac. Ann. I, 62. 70. II, 8. Sed 781. U. C. ob tributum a Druso ipsis impositum et ab Olennio durius exactum pacem exuerunt, victoriaque de hostibus reportata clarum nomen Frisium inter Germanos est factum. Ann. IV, 72. 73. Postea Romanis infensi, tamen a Corbulone agros describi, magistratus, leges et praesidia sibi imponi sunt passi. Ann. XI, 19. Agros vacuos, quos Verrito et Malorige auctoribus occuparant, Nero iis ademit. Ann. XIII, 53, 54. Batavorum socii fuerunt in bello Civilis contra Romanos. Hist. IV, 15. 16. 79. Post aliquot saecula foederi Saxonico ascripti inveniuntur. Spener. Tom. I. p. 314. Mannert. Geogr. T. III. p. 270. Num Mannerti suspicio, qui Tacitum erroris arguit, quod Frisios in majores minoresque dividat, quum haec potius Chaucorum sit divisio ab aliis scriptoribus memorata (Plin. H.N. IV, 14. 16.), ad veritatem proxime accedat, in medio relinquo. Vid. Barth. T. II. p. 214., et de etymo nominis. *Frisiabones* seu *Frisiavones* Plin. H. N. IV, 15. 17. gentis Frisiorum erant. De locis in Frisiis, quae fuerunt Navalia, Fleum, Amisia, Asciburgium, Munimentum Corbulonis, Cruptoricis Villa vid. Wilhelm. p. 153.]

f) *Frisiis* — *praetexuntur*] [*Frisis* hoc et seq. cap. Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor. *jureque nationis* Cod. Tur.] Plane ita Plin. Hist. Nat. VI, 25. — *qui* (montes) *omnes eas gentes praetexunt.* [Eodem sensu *praetendi* Tac. Ann. II, 56. Hist. II, 6. cf. Barth. ad Claudian. p. 1117. *protegere* Ann. XV, 43.]

g) *lacus*] [Mela III, 2. *Rhenus ab Alpibus decidens, prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronium. Mox diu solidus et certo alveo lapsus, haud procul a mari huc et illuc dispergitur, sed ad sinistram*

Ipsum quin etiam Oceanum illa tentavimus [i]): et 3 superesse adhuc Herculis columnas [k]), fama vulgavit, sive adiit Hercules, seu [l]), quicquid ubique magni-

amnis etiam tum et donec effluat Rhenus, ad dextram primo angustus et sui similis, post ripis longe et late recedentibus, jam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur: ejusdemque nominis insulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.]

h) *Romanis classibus navigatos*] Quo digitum intendit cap. 1, 2. 2, 1. Drusus enim classe per lacum, nunc *Zuyder See* dictum, Germaniam intravit. Tacit. Ann. I, 60. II, 51. [XIII, 53. Hist. V, 19. Suet. Claud. 1. Plin. H. N. II, 67. IV, 27. Vellej. Paterc. II, 106. ibiq. Ruhnk. Strab. VII, 1, 3. Drusus, Tiberius et Germanicus navibus in Germanos expeditiones susceperant inde ab a. 12. a. Ch. n. usque ad a. 16. p. Ch. n. Drusus primus Romanorum ducum Oceanum septentrionalem navigavit, nec ultra Chaucos progressus est; Tiberius cum classe usque ad mare glaciale penetrasse videtur; Germanicus bis usque ad ostium Amisiae navibus vectus est, quas postremo procella vehemens adeo afflixit et disjecit, ut maxima pars militum absumeretur, vixque ipse dux, ad Chaucorum terram appulsus, e naufragio salvus evaderet. Ann. II, 23 — 24. Vid. Passov. et Dilthej. ad h. l. Mannert. T. III. p. 47 sq. et p. 73 sq.]

i) *Oceanum illa tentavimus*] [Pro *illa* Cod. Tur. et Ed. Vienn. *illac*, sed illud apud Tac. frequens Ann. II, 17. Hist. III, 8. V, 18. Agric. 28. *Tentaverim* Ed. Nor. *Tenravimus* Ed. Spir., sed infra *temptavit* cum Cod. Tur. Ed. Kath.] Vid. Hist. Univ. Tom. XXXI. p. 136 sq. [Oceanus est septentrionalis.]

k) *Herculis columnas*] Conf. supra ad 3, 1. dicta, et modo citatam Hist. Univ. l. c. [De septentrionalibus Herculis columnis vid. Schoening. in Schloezer. Hist. Univ. Septentr. p. 137. Ritteri Pronaos p. 371. Ukert. Geogr. P. I. p. 216. II. 306. Hagen. de Irmin. p. 12. Columnas Herculis ad terram Frisiorum, non, ut recte Rudbeck. Atlant. p. 251. ad Sueciam Promontoriumque Cimbricum, esse referenda statuit Broterius. Sed quis Oceanus sit intelligendus vd. supr. cap. 1. Dilthej. suspicatur ob promontoria Sueciae et Daniae hanc fabulam de columnis Herculis septentrionalibus sparsas esse.]

l) *sive — seu*] Sueton. Caes. 79. *seu — sive.* [Apud optimos scriptores *sive — seu* se excipiunt. Tac. Ann. I, 79. XIV, 59. Hist. II, 78. Cort. ad Sallust.

magnificum [m]) est, in claritatem ejus referre consen-
4 simus [n]). Nec defuit audentia Druso, Germanico [o]); sed obstitit Oceanus, in se simul atque in
5 Herculem inquiri [p]). Mox nemo tentavit [q]): sanctiusque ac reverentius visum, de actis Deorum credere, quam scire [r]).

Caput XXXV.

Catil. 31. Tursellin. de partic. p. 822. Gesner. Thes. s. *seu*, quare rejicienda lectio *seu* — *seu* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliarumque apud Passov.]

m) *quicquid* — *magnificum*] [*Quicquid* dedi cum Edd. Spir. Passov. vid. Schneid. Gr. lat. T. I. P. II. p. 501.] Cod. Longol. sicut et Ed. Norimb. [Cod. vet. Groslot.] offerunt *magnum*, quod non sperno. [*Magnum*, quod etiam Oberlino verius visum, jure posthabuit Passov. vulgatae *magnificum*, laudans Tac. Agric. 30. *Omne ignotum pro magnifico est.*]

n) *consensimus*] Exhibent MSC. Long. et Ed. Rhag. [Spir. Kath. Cod. Tur.] Est quoque in libris vett. ab Ernestio inspectis. *Consuevimus* habet MSC. Humm., [Cod. vet. Grosl. lib. scr. ap. Lips. Pichen. Bip.], sed *consensimus* procul dubio optimum est. [Cf. Gron. ad Sen. de Otio Sap. cap. 33. Pertinet ad Graecos et Romanos.]

o) *Druso, Germanico*] [Hic locus interpretes vehementer vexavit. Nam quum non solum Drusus, sed etiam Germanicus Oceanum tentasset, qui vix Drusus Germanicus dici posset, et Tacitus, si Drusum, cui a senatu nomen Germanici tributum, tantum intellexisset, erroris esset arguendus, qui vix in eum cadere posse videtur, Freinshemius *Druso et Germanico* legendum censuit, quod Passovii plausum tulit. Equidem astipulor V. D. in Ephem. lit. Jen. 1818. Nov., qui Asyndeton statuens commate utrumque nomen distinxit, laudatis locis Vellej. I, 4. II, 20. c. not. Ruhnk., unde copulam inter nomina propria saepius omitti apparet.]

p) *inquiri*] Non opus est, ut cum Ernestio malimus, refragantibus omnibus libris, *inquirenti*.

q) *tentavit*] [*Temptavit* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath., scriptura minime damnanda prae vulgari *tento* cum Grotef. Gr. lat. T. II. §. 186, si praeter Nolten. Lex. antib. T. I. p. 110. audiamus Schneid. Gr. lat. T. I. P. II. p. 469 sq., de triplici forma *tento* — *temto* — *tempto* accurate disputantem.]

r) *credere quam scire*] Plane ad sententiam Taciti Caecilius apud Minucium Felicem in Octav. cap. 6, 1.

Caput XXXV.

De Chaucis, populo immensum terrarum spatium implente, et inter Germanos nobilissimo.

Hactenus in Occidentem Germaniam novimus. In 1 septentrionem ingenti flexu redit. Ac primo [a]) statim Chaucorum [b]) gens, quanquam incipiat a Frisiis, ac partem litoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur [c]), donec in Chat-

a) *hactenus — ac primo*] [Cum Longolio Bredovius a verbis *In septentrionem* novum caput incipit.] MSC. Longol. *a primo*, quod non spernendum.

b) *Chaucorum*] [*Chauci* Tacitus et Suetonius, *Cauchi* Vell., Plinius et Spartian., Καῦχοι Dio Cass. (sed Χαυκίς terra Chaucorum) Ptolemaeus, Καῦκοι Strabo, *Cayci* Lucanus et Claudianus. Chauci divisi in *majores* et *minores* (Tac. Ann. XI, 19. Plin. H. N. IV, 14. XVI, 1.) habitabant ad Oceanum ab Amisia usque ad Albim, ita ut sedes illorum inter Visurgim et Albim secundum Spenerum et Mannertum Taciti loco Ann. XI, 18. nisos, inter Amisiam autem et Visurgim essent secundum Ptolemaeum II, 11. Locus luculentus de Chaucorum terra et ratione vivendi exstat apud Plin. H. N. XVI, 1. Drusus primus Chaucos invasit. Dio Cass. LIV, 32. a Tiberio receptis praesidia imposita sunt. Vellej. II, 106. Tacit. Ann. I, 38. In bellis contra Germanos, quamvis inter auxilia Romana agentes, tamen Arminium e proelio profugum emiserunt. I, 60. II, 17. Germanicus tempestate jactatus terram eorum appulit. II, 24. Germaniam inferiorem incursant Gannasco duce, Caninefate, a Corbulone repressi. XI, 18. 19. Dion. Cass. LX, 30. Ansibarios sedibus expulerunt Ann. XIII, 55. Civili auxilia miserunt Hist. IV, 79. V, 19. Didius Julianus restitit iis Belgicam aggredientibus. Spartian. Did. Jul. 1. In Francis memorantur a Claudiano de Laud. Stil. I, 225 sq., posterius a Zosimo III, 6. in Saxonibus. Ptolemaeus II, 11. in terra Chaucorum haec loca laudat: Siatutanda, Tuderium, Tuliphurdum, Tecelia, Phabiranum, Leuphana. Vid. Spener. T. I. p. 302 sq. Ad originem nominis investigandam Moeserum Hist. Osnab. T. I. p. 93. 163. meliorem ducem sequeris quam Barth. Hist. T. II. p. 215.]

c) *lateribus obtenditur*] Tac. Agric. 10, 2. Sueton. Ner. 48.

2 Chattos usque sinuetur [d]). Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et im-
3 plent [e]). Populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri.
4 Sine cupiditate, sine impotentia [f]), quieti secretique, nulla provocant bella [g]), nullis raptibus aut latrociniis populantur [h]): id praecipuum virtutis ac virium argumentum [i]) est, quod, ut superiores agant

Cic. ad Quint. Frat. I, 5. Mela I, 4, 4. II, 2, 65. [Plin. H. N. V, 20. »Lateribus orientalibus usque ad Albim« Bredov. Gentes, a cap. 32 — 35. expositae, sunt Usipii, Tencteri, Bructeri, Chamavi, Angrivarii, Dulgibini, Chasuari, Frisii. Mannert. T. III. p. 277. Tencteros et Usipios excipi vult.]

d) *sinuetur*] [I. e. flexu veniat ac desinat.] Usurpatur de regionibus ad mare sitis Mela I, 17 et 19. *Sinus* etiam de continente Flor. IV, 9, 5. [Passov. ad German. 1.] Taciti nostri loci praeterierint Dukerum, qui ad Flor. l. c. fatetur, tale apud alios se nondum invenisse; invenerat tamen ap. Flor. I, 17, 7.

e) *tam — et implent*] [*Et tam* Ed. Mon. *Et* ante *implent* Ed. Nor. omittit vid. not. ad cap. 15.] Eundem in modum Plin. Paneg. 15, 4. [qui locus a nostro alienus, cum ibi *tectum implere*, passim a Plinio etiam in Epistolis usurpatum, ad dignitatem spectet. Cf. interprett. ad l. l. in Ed. Schaefer.] Contrarium est apud Melam I, 4, 36. *habent potius terras, quam habitant.*

f) *sine impotentia*] [*Impetentia* et cap. 36. *impetentes* Cod. Tur. v. Ern.] *Sine impotentia*, i. e. sine abusu potentiae. Sic cp. 36, 2. *inter impotentes*. Sueton. Caes. 77. Ner. 28. Cor. Nep. Lys. 1, 3. [Reitz. de Ambig. etc. p. 284.]

g) *sine cupiditate — secretique nulla provocant bella*] Hyperbaton substantivi et adjectivi pro *in quiete et secreto*. [*Provocare bellum* Plin. Paneg. 16. *arma* Tac. Hist. II, 61.]

h) *populantur*] [Abhorrebant Chauci a moribus reliquorum Germanorum vid. cap. 14.]

i) *id — argumentum*] [*Idque*, omnibus Codd. et Edd. refragantibus, ab Rhenano male effictum recentiores fere omnes, etiam Long., recepere. Cod. Tur. Edd. Spir. (haec *precipuum*) Kath. aliaeque ap. Passov. *praecipuum* iterant post *virium*. Deinceps *per injuriam* Ed. Nor. *per injuria* Ed. Mon.]

agant, non per injurias assequuntur. Prompta tamen omnibus arma, ac, si res poscat exercitus, plurimum virorum equorumque [k]); et quiescentibus [l]) eadem fama.

CAPUT XXXVI.

De Cheruscis et Fosis.

In latere Chaucorum Chattorumque Cherusci [a]) nimiam

k) *ac — equorumque*] [Longolius Bip. Oberlin., ut vulgo: *ac, si res poscat, exercitus: plurimum.* Gronov. *ac si res poscat exercitus: plurimum.* Kath. *exercitus, plurimum.* Passov. ex Ed. Viennensi, Seebodio et Walchio in Emendd. Livian. p. 124. calculum adjicientibus, distinctionem in textu exhibitam recepit. Cod. Tur. *exercitus plurimus*, unde locus, sensu probabili, ita constitui possit: *ac, si res poscat, exercitus plurimus virorum equorumque.* Sic cap. 44. — *et mutabile, ut res poscit, hinc* .... Hist. I, 79. — *assultans, uti res posceret.* —]

l) *quiescentibus*] [*Quiescere* i. q. pacem agitare, ut supra *quieti*, et cap. 36. Corn. Nep. Ages. 5. Tac. Hist. I, 16. *quies* Germ. 15. 40. Hist. IV, 74. 76.]

a) *Cherusci*] [Χηρȣ̃σκοι Strabo, *Χαιρȣσκόι* Ptol., Χερȣσκόι Dio Cass.] E priscis Germanis virtute bellica apud Romanos admodum nobilitati, et a multis scriptoribus Latinis et Graecis egregie laudati *Cherusci* nomen suum a *silva Hercynia* sive *Harz*, acceperunt, uti plerique Germanarum rerum indagatores existimant. [Sedes eorum inter Albim et Visurgim pertinebant septentrionem versus ad Chaucos et Angrivarios, meridiem versus ad Chattos, orientem versus ad Hermunduros et Marcomanos,

miam ac marcentem [b]) diu pacem illacessiti nutrierunt

occidentem versus Albis a Langobardis et Semnonibus eas dirimebat. Mannertus cum Spenero T. III. p. 205. distinxit inter Cheruscorum gentem et foedus, quod nationes Cheruscis subjectas, ut Chasuaros, Tubantes, Dulgibinos, complectebatur. Jam Caes. B. G. VI, 10. silva Baceni Cheruscos ab Suevis prohiberi narrat. Jugum a Romanis, Druso et Tiberio ducibus, impositum funestissima clade Vari, in saltu Teutoburgiensi ab Arminio ad internecionem caesi p. Ch. n. 9., exuerunt, quam utpote omnium ore celebratam accuratius enarrare supersedeo, amandans lectores ad Vellej. Pat. II, 116 — 120. Flor. IV, 12. Strab. VII. p. 291. Dion. Cass. LVI, 18 — 24. Zonar. p. 542. Ed. Paris. Frontin. Strat. IV, 7. 8. Barth. Hist. T. I. p. 490 sq. Mannert. Geogr. T. III. p. 63. Fr. Rothii libell. vernacule script. de Arminio et Maroboduo. Stuttgart. 1817. 8. Bella postea a Romanis sub Germanico infausto Marte gesta persequitur Tac. Ann. I, 55 — 63. Nova expeditione a Germanico suscepta, Romani victores tandem se recipere sunt coacti. Ann. II, 9 — 23. Anno post (17. p. Ch.) bellum exarsit acre inter Cheruscos, ad quos defecere Semnones ac Langobardi, et Marcomanos, e quo Maroboduus pro victo habitus se recepit. Ann. II, 44 — 46. Arminius ob suspicionem regni affectati dolo propinquorum cecidit. II, 88. Cherusci internis bellis vexati Italicum, Arminii fratrem, regem petivere, quem Claudius Imp. iis concessit; sed mox pulsus, ac Langobardorum opibus refectus res Cheruscorum afflictabat. XI, 16. 17. Aeternum discordarunt cum Chattis. XII, 28. Chariomerus rex ab his pulsus tandem superior discessit. Dion. Cass. LXVII, 5. Res eorum a Chattis fractae hoc cap. narrantur. A Constantino Imp. victi sunt cum ceteris Francis, quorum foederi erant ascripti. Nazar. Paneg. Constant. 18. A Ptolemaeo II, 11. haec oppida Cheruscorum exhibentur: Lupia seu Lupta, Aregevia seu Argelia, Calaegia, Lupphurdum, Bicurdium. Vid. Spener. T. I. p. 288.]

b) *nimiam ac marcentem*] [Pro *nimiam* Cod. Tur. *mirsiam* vel *nursiam.*] *Marcentem* cum optimis Editt. MSC. Longol. et Hummel. *Pax marcens* dicitur, quod Cherusci longa pace a pristina virtute defecerant, imbellesque facti sunt. Dithmar. edidit *marcescentem.* [E conjectura, male. » Pax marcet, sicubi ex otio honesto in desidiam et inertiam transierit, marcore quasi infecta.« Passov. De sententia loci cf. Tac. Agric. 11.]

runt c). Idque jucundius d), quam tutius fuit; quia 2
inter impotentes et validos falso quiescas e): ubi manu agitur f), modestia g) ac probitas nomina superioris h) sunt. Ita qui olim boni aequique Che- 3
rusci i), nunc inertes ac stulti vocantur. Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit k). Tacti l) 4
ruina

c) *nutrierunt*] Ovid. Fast. I, 704.

d) *jucundius*] MSC. Long. et a manu prima Hummel. [Tur. cum Editt. vett. [Spir. Kath.] *jocundius*. Vulgo *jucundius*. [Mox *impotentis* Ed. Nor.]

e) *falso quiescas*] I. e. falleris, et imprudens es, si in vicinitate populi potentis et bellicosi omnia bella fugias. Nimia enim pax te reddit imbellem aliosque ad contemptum tui allicit.

f) *ubi manu agitur*] [*Agetur* Ed. Ald.] Totum hunc locum ita latius explico: si vero omni tempore paratus sis, vim vi repellere, fortiterque te defendere, neque tibi ab aliis injuriam fieri patiaris, te victorem omnes tanquam moderatum bonumque laudabunt. [Rectius Passovius: »Cherusci, dum superiores agebant, justi aequique vocati, jam sequiores facti, inertes stultique, Chatti victores sapientes habentur. Et ita accidere solet, ubi manu agitur, ubi cuncta vi belloque discernuntur: apud hos modesti probique nomen de victore tantum poterit adhiberi, quum infirmiores contrarium esse nequeant.« Vid. etiam Gagern Hist. nat. Germ. p. 91. *Manus* pro vi, bello, armis Sallust. Jug. 5, 4. 31, 18. Cort. Flor. I, 1, 10. Duk. IV, 1, 5. Tacit. Agric. 9.]

g) *modestia*] *Modestia*, cui h. l. *impotentia* opposita, ejus est, qui modum tenet inter nimiam severitatem et lenitatem, brevius, qui *aequus* est, uti mox Noster explicat.

h) *nomina superioris*] [*Nomine superiores* Cod. Tur. *nomine superioris* Edd. Spir. Kath. Nor. Mon.]

i) *Cherusci*] [Sc. vocati sunt vid. cap. 2. extrem.]

k) *fortuna in sapientiam cessit*] I. e. ob fortunam sapientes habentur Chatti. [Tacit. Hist. II, 59. *Nimius honos inter secunda, rebus adversis, in solatium cessit*. Plin. H. N. XXXV, 10. *Verum ipsa injuria cessit in gloriam artificis*.]

l) *tacti*] Eleganter Sallust. Cat. 10, 6. *contagio quasi*, ubi vid. Cort. Hinc non opus esse videtur emendatione Ernestii *tracti*, invitis omnibus libris [recepta a Broter. Bip. Oberl., laudata Burm. ad Lucan. VII, 655.] Nec favet unius Cod. Turic. *Chatti*, quod librario ex ante-

ruina Cheruscorum et Fosi, contermina m) gens; adversarum rerum ex aequo socii sunt n), cum in secundis minores o) fuissent.

Caput XXXVII.

De Cimbris eorumque rebus contra Romanos gestis.

1 Eundem Germaniae sinum a) proximi Oceano Cimbri

cedentibus obversabatur. Nec a vulgata recedit Kirchmaierus. Habet tamen *tracti* etiam MSC. Hummel. [Hummelius contra enotaverat *fracti* cf. Passov. Praef. X. Nota formula *trahere ruinam* Tac. Ann. VI, 26. Virg. Aen. VIII, 192. IX, 712. *Trahere* absolute Ann. III, 54. *Traxit contagio belli* Flor. II, 13. Duk.]

m) *Fosi contermina*] [*Conterminata* Ed. Mon.] Fosorum nulla apud alios veteres scriptores fit mentio. Est vero fluvius *Fusa* prope Peinam inter Brunsvigam et Hildesiam, a quo nomen acceperunt *Fosi*. Constat enim, plerasque Germanorum gentes a fluminibus nomina traxisse. Frustra igitur Cluverius [Germ. antiq. III. 21.] *Saxones*, et Kirchmaier. ad h. l. *Sasos* substituere maluerunt. Enimvero nomen Saxonum tempore Taciti nondum in usu fuit. [Ptolemaeus II, 11. primus eos memoravit.]

n) *sunt*] [Jure Passov. hanc voculam, Codd. et vett. Edd. refragantibus, a Lipsio primum, deinde ab omnibus recentt. omissam, et a Diltheio male uncis inclusam, in textum reduxit.]

o) *minores*] Opp. *superiores*. Apprime huc facit *minor* i. e. inferior, subjectus, parens cap. 39, 3 et 5.

a) *sinum*] MSC. Longol. cum aliis [Vat. Arund. Edd. Nor. Ern. Broter. Seeb.] *situm*. Sed *situm*

bri [b]) tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens; veterisque famae lata [c]) vestigia manent, utra-

tenere num latine dici possit, vehementer dubito. Recte igitur *sinum* tuentur Anchersen. et Schoeningius. [Oberlin. Passov. Dilth. o Codd. Hummel. Turic. Edd. Spir. Kath. *Sinus* est pars Germaniae, quae cp. 35. in septentrionem ingenti flexu redit. De hoc voc. vd. not. ad cap. 1 et 29. Mannert. T. III. p. 283. *situm* exhibens, lectionem vulg. *sinum* de *sinu Codano* esse capiendam dicit; vix recte. *Eundem* sc. cum Cheruscis, et Chaucis, alii ad Chaucos tantum referunt.]

b) *Cimbri*] Wachterus existimat, *Cimbrorum* nomen nil aliud nisi *latronem* significare, et a voce *kommen* (venire) derivandum esse. Num vero universae genti nomen piratarum adhaereat, si qui piraticam exerceant, aut latrocinia committant, dubito. Nec obstant Plutarchi loci [Mar. 11. Κίμβρυς ἐπονομάζυσι Γερμανοὶ τὺς λῃστάς], ac Festi s. v., *Cimbros lingua Gallica latrones vocari*. Nam *Cimbroi*, in terras hostium irruentes, multa quidem secum abstulisse, et ab iis, qui damnum passi essent, *latrones* esse vocatos, haud negaverim; at inde non sequitur, ut tota natio Cimbrorum nomen a latrociniis acceperit. Melius ergo Cimbrorum nomen *Kämpfer* explicatur, quales se in bellis contra Romanos praestiterunt. [*Cymbri* et infra *Cymbrorum* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon., Κύμβροι et Κίμβροι Graeci scriptores. De sedibus Cimbrorum veteres admodum et recentiores inter se discrepant, quamvis in Chersoneso Cimbrica eas fuisse vulgo VV. DD. statuant. Mannertus T. III. p. 282 sq. neque Germaniae septentrionalis partem, neque Chersonesum Cimbricam eos insedisse, argumentis probabilibus evincere studet, contra quae Wilh. Germ. p. 193 sq. acute disputavit. Num Cimbri et Cimmerii iidem sint habendi, aut quali se invicem attigerint cognatione, quaestio est perdifficilis. Qui res gestas Cimbrorum et Teutonum accuratius cognoscere velit, cf. nubem scriptorum a Freinsh. ad Flor. III, 3. excitatorum, (quos huc transscribere putidum est), Barth. T. I. p. 265 sq. T. II. p. 219 sq. et libellum singularem, quo omnes vett. loci continentur: Bellum Cimbricum descripsit Jo. Mueller. Turici 1782. 8. et interpretat. vernac. Dippoldi in Opp. Mueller. T. XII. Ed. Tubing.]

c) *lata*] [*Late* in Longol. Broter. pluresque alias Edd. receptum, et Oberlino sine idonea causa elegantius visum, conjecerat Rhenanus.]

2 utraque ripa [d]) castra ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque [e]) gentis,
3 et tam magni exitus [f]) fidem. Sexcentesimum et quadragesimum annum Urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello ac Papirio Carbone Coss. [g]). Ex quo si ad alterum Imperatoris Trajani consulatum [h]) computemus, ducenti ferme et decem anni colliguntur: tam-

d) *utraque ripa*] Hoc alii de Aquis Sextiis in Gallia Narbonensi, alii de Chersoneso Cimbrica, [ut Wilhelm. p. 170. 172. videlicet de ora peninsulae ad orientem et occidentem spectante,] alii de Rhodano, alii de Danubio interpretantur, nos de Rheno intelligimus. Noster enim *ripam* κατ' ἐξοχὴν de Rheno ponit cap. 17, 3. 23, 1. Consentit nobiscum Schoeningius. [Item Mannert. T. III. p. 28. et Bredov. ad h. l.]

e) *molem manusque*] [Emmerling. de locc. nonnull. Tac. p. 25. haec vocabula non per Hendiadyn de *numerosa manu* explicari, sed *molem* ad universam populi multitudinem, *manum* ad eos, qui arma gerebant, vult trahi. Strombeck. interpr. *Masse und Macht*, Sprengel. *Macht und Masse*. Tacitus vel ad ingentes Cimbrorum numerum fortius significandum utroque substantivo usus est, vel *molem* rectius de viribus, potentia, *manum* de multitudine Cimbrorum accipi vult. Vellej. II, 12. *Effusa, — immanis vis Germanarum gentium. —*]

f) *exitus*] [*Exercitus* a Lipsio excogitatum in plures Edd., ut Gronovii, Pichoni, Broter., irrepsit. *Exitus* i. q. migratio, non casus, interitus c. Bip., sententia Oberlini, qui bene laudavit Cic. Parad. 4, 1. Caes. B. C. III, 69.]

g) *sexcentesimum et quadragesim. annum — Papirio Carbone Coss.*] [Erat potius 641. U. C. 113. a. Ch. In Ed. Vienn. *cum primum audita sunt Cimbr. arma; sint* male Seebod. quem, praeter Walch. Emendd. Liv. p. 184. a Passov. laudat., Zumpt. egregia Gramm. lat. p. 402 sq. Ed. III. meliora edocebit. *Cecilio*, ut infra *cepione*, Ed. Spir., *Sapino* pro *Papirio* Ed. Nor. *cons*, Ed. Spir.]

h) *si ad alterum — consulatum*] [*Si* om. Nor. *conventum* Ed. Nor.] I. e. ad annum post Christum natum 98. [U. C. 851. Trajanus quinquies consulatu est functus. Ad verba *tamdiu Germania vincitur* cf Flor. IV, 12, 21. *Germaniam utinam* (Augustus) *vincere tanti non putasset! Magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita.*]

tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi aevi 4
spatio multa invicem damna [i]). Non Samnis [k]), non Poeni [l]), non Hispaniae [m]) Galliaeve [n]), ne Parthi quidem saepius admonuere [o]). Quippe re- 5
gno Arsacis [p]) acrior [q]) est Germanorum libertas. Quid

i) *damna*] [Vellej II, 8. *Tum Cimbri et Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris, suisque cladibus nobiles.*]

k) *Samnis*] [*Samnites* Cod. Tur., male v. Tac. Hist. III, 59. *Erectus Samnis Pelignusque et Marsi.* — Illustris est clades Romanorum apud *Caudinas furculas* U. C. 433. a. Ch. 321. v. Beier. ad Cic. de Offic. I, 12. Freinshem. ad Flor. I, 26.]

l) *Poeni*] [Freinshem. vett. locos de primo bello Punico collegit ad Flor. II, 2., de secundo ad II, 6., de tertio ad II, 15.]

m) *Hispaniae*] [Viriathus et Numantini fortiter pugnarunt contra Romanos, v. Freinsh. ad Flor. II, 17. 18., postea Sertorius. Vid. ejus vitam ap. Plutarch. et Freinshem. ad Flor. III, 22.]

n) *Galliaeve*] [Cf. Caesar. Commentar. de B. G. Noster Hist. III, 53. *Hispanias Galliasque validissimam terrarum partem* dicit.]

o) *admonuere*] Scil. cladibus. [Vid. Ann. XV, 13., ubi de iisdem fere cladibus mentio fit.] Sic *admonere telo* Virg. Aen. X, 587., *verberibus* Senec. de Clem. I, 14., *flagro.* Valer. Max. I, 1, 6. [Liv. II, 36. Colum. II, 2. Curt. IV, 14. 20. *Monere verbere* Tac. Ann. V, 9.] Eodem sensu *objurgare flagris* Suet. Oth. 2, *ferulis* Calig. 20. [Duk. ad Flor. I, 1. 8. Parei Lex. crit. p. 821. *Increpare* Tac. Dialog. de corr. eloq. 5. Passovius, cui nec Lipsius, neque Longol. ad h. l. satisfaciunt, cum N. Heinsio *sui* suppleri vult citra necessitatem; rectius *nos.* Broterius explicat: *donner l'alarme.* Cum Oberlino Longolii interpretationi accedo. *Admonitio* vid. Suet. Aug. 39. Vellej. II, 114.] Rejicies igitur *admovere* [Cod. Turic. Rhen. e conject.], scil. exercitum, plane ut illud *admonere* visum est Ernestio, qui praefert *admovere.* Ceterum in vv. *Samnis* — *admonere* est elegans et multiplex Hyperbaton.

p) *Arsacis*] Primus rex Parthorum, qui eos jugo Seleuci, Persarum regis, subduxerat [U. C. 498. a. Ch. 256.], a quo postea reliqui reges Parthorum hoc nomen sortiti sunt. Cf. Vaillant. [Arsacidarum Imper. ad fidem numismat. Sainte — Croix de Imp. Parthor. in Ed. Tac. Oberlin. T. II. p. 867 sq.]

q) *acrior*] [Sensus: Germani pro libertate, cujus sunt tena-

Quid enim aliud nobis, quam caedem Crassi [r], amisso et ipso Pacoro [s], infra Ventidium dejectus
6 Oriens objecerit [t]? At Germani, Carbone [u], et Cassio [v], et Scauro Aurelio [w], et Servilio Caepione

cissimi, fortius pugnant, quam Parthi pro Arsacidis, regibus; vel: Germanis libertas ad pugnandum acrior est stimulus, quam Parthis regnum Arsacidarum. Sic legitur Ann. XIII, 50. *acri etiam Pop. Rom. tum libertate.* Vid. supra not. ad cap. 7. de Germanorum studio libertatis tuendae, et Ann. II, 44. — *sed Maroboduum regis nomen invisum apud populares; Arminium, pro libertate bellantem, favor habebat.* Hist. IV, 17. verba Civilis. *Servirent Syria Asiaque et suetus regibus Oriens; — multos adhuc in Gallia vivere ante tributa genitos. Nuper certe, caeso Quinctilio Varo, pulsam e Germania servitutem.*]

r) *Crassi*] [Triumvir cum exercitu deletus in Mesopotamia U. C. 701. a. Ch. 53.] Appian. Parth. Plutarch. vit. Crassi, aliique multi. [Vd. not. Freinsh. ad Flor. III, 11.]

s) *et ipso Pacoro*] Filio et duce Arsaçis Orodis Flor. IV, 9. Tacit. Hist. V. 9, 2. [Cum Longolio hanc lect. Cod. Tur. exhibent Edd. Vienn. Ern. Oberl. Seebod., *amisso et ipso et ipse* Edd. Spir. Kath. Nor. Put. Mon., unde emend. a Rhenan. *amisso et ipse Pac.* Gronov. recepit, *amisso ipso P. et ipse* Bip., neutrum recte.]

t) *Ventidium — objecerit*] [*Objecerunt* Ed. Nor.] Gell. XV, 4. [Flor. IV, 9. Erat Antonii legatus 715. U. C., e mulione consul factus. Cic. Phil. XIII, 2. Juvenal. VII, 199. Rupert. *Dejectus infra* i. q. prostratus, subjectus scripsit Tac. ob Ventidii infimam sortem. Alias *dejici* de eo, qui caesus in pugna procubuit, usurpatur vid. Indic. ad Corn. Nepot. Ed. Bardil. s. v., vel in fugam est conjectus. vid. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 148.]

u) *Carbone*] [Cn. Papirius Carbo Consul a Cimbris a. Ch. 113. ad Norejam fusus fugatusque. Liv. Epit. 63. Vellej. Pat. II, 8. 12. Strab. V. p. 214.]

v) *Cassio*] Quod Caes. B. G. I, 7. 12. Helvetiis tribuit, qui Germanorum nomine continentur, secundum Pighium [in Annal. ad a. U. 646.] et Oudendorp. [ad Caes. B. G. I, 12.] ab Ernestio laudatos. Illam Taciti et Caesaris discordiam composuerunt Freinshem. et Duker. ad Flor. III, 3, 4.

w) *Scauro Aurelio*] [Vellej. II, 12. Quinctil. Declam. 3. In Liv. Epit. 67. haec leges: *M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, a Cimbris, fuso exercitu, captus est: et quum in consilium*

ne[x]), Cn. quoque Manlio[y]), fusis vel captis, quinque simul consulares exercitus, populo Romano, Varum[z]), tresque cum eo legiones, etiam Caesari abstulerunt. Nec impune C. Marius in Italia, Di- 7
vus Julius in Gallia[a]), Drusus[b]) ac Nero[c]) et Ger-

ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent, Italiam petituri, eo quod diceret, Romanos vinci non posse, a Bojorige, feroce juvene, occisus est.]

x) *Caepione*] Flor. l. c. Sall. Jug. 114. [Liv. Epit. 67. Vellej. II, 12.]

y) *Cn. quoque Manlio*] *Marco* expressis literis Cod. Longol., ubi Rhagius solum *M.* habet, quod eleganter defendit Lorenzius contra Ernestianum *Cn.* Pro *Manlio* Codex quoque Long. [Ed. Nor.] cum aliis apud Sallust. et Flor. l. c. *Mallio.* Hinc Dio Cass. Μαλλίων. [Nisi cum Conringio Tacitum erroris arguere velimus, pro *Marco Cneji*, quod ei tribuitur in Inscript. ap. Gruter. p. 207. et ab Oros. V, 16. (Fabr.), nomen reponamus, cum diserte a Liv. VI, 20. et Cic. Phil. I, 13. narretur, gentis Manliae decreto cautum fuisse, ne quis deinde M. Manlius vocaretur, nimirum post supplicium de Manlio Capitolino sumptum. Omnes Codd. et vett. Edd. praebent *M.*, sed de confusione horum nominum deque toto loco vid. Passov. et not. in Ed. Oberlin.]

z) *consularis — Varum*] Suet. Aug. 23. [Tac. Ann. I, 55. Vid. not. ad cap. 36. — *Consularis* Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov. *Populi Romani* — *trisque* Ed. Nor.]

a) *Julius in Gallia*] Vid. Cellar. de C. Julii Caesaris adversus Ariovistum regem aliosque Germanos gestis bellis. [P. II. Diss. 6. p. 521 sq. Cum Ariovisto B. G. I, 32 — 68. Caesar bellum gessit, cum Belgis B. G. II, 1 — 33. Flor. III, 10, 4. ibiq. not., cum Usipiis et Tencteris IV, 1 — 15., Rheno trajecto, cum Sigambris IV, 16 — 19., cum Suevis VI, 9 — 28. De bello Gall. vid. etiam Flor. III, 10.]

b) *Drusus*] [De ejus quatuor expeditionibus in Germaniam vd. Mannert. T. III. p. 47 sq. scriptoresque ab eo laudatos, Flor. IV, 12. ibiq. not. Dion. Cass. LIV, 32. 33. 36. LV, 1. Strabon. VII. init. Suet. Claud. 1. Albinov. Eleg. in mort. Drus. Neron. Ed. Bremer. et in Edd. a Passov. nominatis p. 110.]

c) *Nero*] [Nero Tiberius Caesar, postea Imperator, fratre mortuo, bella in Germanos plura administravit, auspiciis non omnino infaustis, quae tamen ultra quam scriptorem fide di-

8 Germanicus d) in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Caesaris minae in ludibrium versae e).
9 Inde otium f), donec occasione discordiae nostrae et civilium armorum g), expugnatis legionum hibernis h), etiam Gallias affectavere i): ac rursus pul-

gnum decebat, servili adulatione et admiratione persecutus est Vellej. II, 97. 104 — 110. 120. c. not. interprett. in Ed. Ruhnk. Tac. Ann. II, 26. 47. XII, 39. Sueton. Aug. 21. Tib. 9. 17. 18. 20. Dio Cass. LV, 6. 8. 28. LVI, 25. Mannert. T. III. p. 58 sq.]

d) *Germanicus*] [Expeditiones quatuor in Germanos ab eo susceptae ab a. 14 — 16. p. Ch. enarrantur in Taciti Annalibus. 1) Ann. I, 49 — 52. 2) I, 55 — 59. 3) I, 60 — 71. 4) II, 5 — 26. Triumphavit a. 17. a. d. VII. Kal. Jun. de Cheruscis, Chattis, Angrivariis aliisque nationibus usque ad Albim colentibus. II, 41. ibiq. not. De exped. Germanici vd. Mannert. T. III. p. 73 — 92. Frd. Hoffmann. de expedd. Germanici.]

e) *ingentes C. Caesaris minae in ludibrium versae*] [*Cesaris* Cod. Tur. Quales C. Caesaris Caligulae minae fuerint, retulerunt Sueton. Calig. 45 — 47. Dio Cass. LIX, 25. Eutrop. VII, 17. Pers. Satyr. VI, 47. Tac. Hist. IV, 15. — *pater ejus* (Brinnonis in Caninefatibus), *multa hostilia ausus, Cajanarum expeditionum ludibrium impune spreverat.*]

f) *inde otium*] [*Ocium* Ed. Spir., male, judice Grotef. Gr. lat. T. II. §. 176., quod tamen Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 250. non prorsus damnat. De otio vid. Diltheius ad h. l.]

g) *donec occasione discordiae nostrae et civilium armorum*] [Respicit Tacit. ad bella civilia de imperio inter Galbam, Othonem, Vitellium et Vespasianum gesta; nam occasione certaminis inter duos posteriores Batavi cum aliis populis, duce Claudio Civili, in Galliam irruperunt. Tac. Hist. IV, 12 sq. V, 14. Haec scripsit Noster Hist. IV, 12. *Iisdem diebus crebrescentem cladis Germanicae famam, nequaquam moesta civitas excipiebat. caesos exercitus, capta legionum hiberna, descivisse Gallias, non ut mala loquebantur.* Agricol. 41. *Et ea insecuta sunt reipublicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque, et Germania Pannoniaque, temeritate aut per ignaviam ducum amissi; tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti, nec jam de limite Imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum.*]

h) *expugnatis — hibernis*] Tac. Agric. 41, 2. [Tac. Hist. IV, 15.]

pulsi, inde proximis temporibus[k]) triumphati magis quam victi[l]) sunt.

Caput XXXVIII.

De Suevorum potentia ac moribus.

Nunc de Suevis[a]) dicendum est, quorum non una 1

i) *affectavere*] [De v. *affectare* vd. Vellej. II, 39. Ruhnk. Flor. II, 2, 3.]

k) *ac rursus pulsi, inde proximis temporibus*] [Longolius cum reliquis omnibus Edd. *ac rursus pulsi inde, proximis,* Spirensis *pulsi: inde proximis,* Kathar. sine ulla distinctione. Passov. c. Bredov. Seebod. e vett. Edd. interpunctionem, quam in textu exhibuimus, reduxit. Cod. Humm. *pulsi. Nam prox. Proxima tempora* de Domitiano sunt intelligenda, cujus falsus triumphus de Chattis derisui fuit. Suet. Domit. 6. 13. Tac. Agric. 39. Plin. Paneg. 16. Dio Cass. LXVII, 4. Dilthej. ad h. l.]

l) *triumphati — victi*] Flor. IV, 12, 30. [*Quippe Germani victi magis, quam domiti erant: moresque nostros magis, quam arma sub imperatore Druso suspiciebant. Triumphati* i. q. per triumphum ducti Tac. Ann. XII, 19. Lucan. II, 90. *Triumphare ex* vel *de aliquo* aureae, *aliquem* (θριαμβεύειν τινά) argenteae aetatis et poetarum, vid. Lexica et Vechner. Hellenol. p. 92.]

a) *Suevis*] A veteribus scriptoribus modo *Suevi,* modo *Suebi,* imo *Suavi* et *Suabi* appellantur. [Σούηβοι Strab. Ptolem.] Locos congessi in Diss. 4. et imprimis 37. de Hermunduris. Est igitur eorum nomen a *schweben, schweifen* (vagari), nam *sueven* et *schweben* ne latum quidem unguem a se discedunt. *Suevos* autem sedes saepe permutasse, testes sunt Caesar de B. Gall. IV, 1. Strabo VII. p. 445. sq. Wachterus cum aliis multis a *Schweif,* cauda capillari, *Suevos* dictos esse existimat. [De etymo nominis

una, ut Chattorum Tencterorumve, gens: majorem enim Germaniae partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quanquam in
2 commune Suevi vocentur. Insigne gentis, obliqua-
3 re crinem b), nodoque substringere c). Sic Suevi a cete-

adeas Barth. T. I. p. 109. Quanquam Suevorum, gentis nobilissimae, mentio passim injiciatur a veteribus scriptoribus, eorumque res copiose enarrentur, nondum tamen quaestio de sedibus, de nationibus nominibusque, quibus discreti erant, ad liquidum poterat perduci. Quum Mannerti sententiae T. III. p. 39 sq. audacius contra omnium scriptorum fidem pronuntiatae, argumentisque vix satis certis nixae, ex qua nec gens, nec natio Suevorum unquam fuerit, praeter eos, qui saec. IV. p. Ch. innotuerint, quique, ex populorum colluvie conflati novarumque sedium quaerendarum causa vagati, sibi ipsi imposuerint nomen Suevorum, re diligentius examinata, calculum meum adjicere dubitarem; in Barthii T. II. p. 170 sq. potius et Wilhelm. p. 195. partes discessi, auctoritatem antiquorum intelligenti judicio laudantium. Suevi immensum terrarum spatium inter Albim, Danubium, Vistulam et Oceanum obtinuisse videntur. De moribus institutisque eorum fusius egit Caes. B. G. IV, 1 — 3., passimque eos memoravit I, 37. 51. 54. IV, 7. 19. VI, 9 — 10., sub cujus Suevis latent Chatti, quod bene observavit Wilhelm. p. 95 sq., Caesaris narrationem diligentius excutiens; a Tacito laudantur German. 29. 41. 43. 45. Ann. I, 44. II, 26. 44. 62. Hist. I, 2. ibiq. not. III, 5. Plin. IV, 28. Ptolemaeus II, 11. tres tantum Suevorum nationes, Langobardos, Semnones et Anglios laudavit. Orosius I, 2. LIV gentes Suevorum enumerat. Strab. IV, p. 194. 207. VII. p. 290. Contra foedus Suevicum a Moeser. T. I. p. 128. effictum Adelungius Hist. antiq. Germ. p. 198., quanquam a Passovio vix recte notatus, jure dubia movit, quum etiam Ruehsius Moeseri rationem historiae condendae in multis acriter impugnaverit. Vd. ejus commentar. in 10. capit. p. 227. Barth. T. II. p. 232. Monio T. I. p. 15. II. p. 14. *Suevi* et *Gothones* iidem sunt. — Deinceps pro *quanquam* exhibet Ed. Nor. *quam.*]

b) *obliquare crinem*] [Cod. Hummel. *obligare*] *Obliquum* contrarium *recto* vd. Cic. Somn. Scip. 6. Sueton. Dom. 2. Virg. Aen. V, 16. *Obliquare crines* neutiquam significat crispare, aut calamistrare, sed torquere et nectere, ut ex ipsis nodus fiat. Vid. Ernest. ad h. l. [Wag-

ceteris Germanis, sic Suevorum ingenui a servis separantur. In aliis gentibus, seu cognatione aliqua Suevorum, seu, quod saepe [d]) accidit, imitatione, rarum, et intra juventae spatium; apud Suevos us- 4
que ad canitiem horrentem [e]) capillum retro sequuntur [f]) ac saepe in ipso solo vertice [g]) ligant [h]). Prin-

ner. in Seebod. bibl. crit. Fasc. 8. p. 798. s. 1823.]

c) *nodoque substringere*] Quod etiam alii Germanorum facere solebant. Senec. de Ira III, 26. Epist. 126. [Juven. Sat. XIII, 164. Martial. V, 38. *Cirros* a Tertullian. de virg. veland. cap. 10. nominatos non male intelligat aliquis de his crinibus in nodum tortis. Vid. Lips. ad h. l. *In aurum nodari* habet Virg. Aen. IV, 138.]

d) *separantur — saepe*] [Mendum typographicum *sic in aliis* e Rhen. priori in omnes Edd. ante Pichenam irrepsit. *Saepe*, quod ex quibusdam Edd. forte exciderat, revocatum ab Ernestio e Cod. Arund. Edd. Spir. Nor., reperitur in reliquis Codd. et vett. Edd. — *Separantur* i. e. distinguuntur. De hac distinctione ingenuorum a servis cf. Dithm. ad h. l. De Chattis vd. supr. cap. 31. Barth. T. II. p. 240 sq.]

e) *horrentem*] I. e. densum, asperum, fluentem et minus comptum, Tibull. II, 3, 23. Sil. It. IV, 560. [c. not. Heins.] Plin. Epist. VII, 27, 5. contrar. *sparsis crinibus*.

f) *sequantur*] Sic MSC. Longol. et Hummel. [*Secuntur* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath.] Est autem in locutione *horrentem capillum — sequuntur* Anacoluthon constructionis pro: *capilli — retro sequuntur*. Malim tamen interpretari: capilli — pone tergum junguntur. Habent enim veteres etiam Activum *sequo*. Priscian. lib. VIII. pag. 40. 41. Gell. XVIII, 9. Perizon. ad Sanct. Minerv. III, 2. not. 3. p. 279. [Longolii interpretatio vereor ut cuiquam se commendet. Longum est, conjecturas in h. l. vexatissimum prolatas, omnes recensere; laudatis potioribus, vulgatam defendemus. Theod. Marcilius *capillum, retrorsum ac saepe;* Scaliger, assentientibus Freinshemio, Conringio et Bredovio, *capillum retrosequus, ac;* Seebod. *retro serunt;* Sprengelius cum V. D. in Ephem. lit. Jen. 1818. Aug. *ultro sequuntur;* Schlueterus cum V. D. ib. Nov. *retrorsum torquent;* Dilthejus in nota: *capillus retrovertitur* (vel *retroflectitur*); Bipont. *retro comantur*. Vulgatam, quam Passovius et Dilthejus in textum admiserunt, ipsis Orellii, cui

Principes et ornatiorem habent: ea cura formae, sed innoxiae [i]): neque enim, ut ament amenturve [k]): in altitudinem quandam et terrorem adituri bella compti, ut hostium oculis ornantur [l]).

Caput XXXIX.

etiam Heidekampus in Progr. supr. laudato p. 10. astipulatur, verbis commode ita explicari posse puto.: » *Capillum retro sequi* dictum est e solita Taciti breviloquentia ac poetica fere audacia pro vulgatiori capillum promittere, non ita tamen, ut recta descendat, sed ut retro in verticem flectatur. Inversa igitur ea metaphora, quae inest in verbo promittere barbam vel crines, capillum nunquam detonsum et semper crescentem,, vel, ut ita dixerim, progredientem *sequi*, usque eo quoad crescat, dicere ausus est.«]

g) *in ipso solo vertice*] [Unus Cod. Longol. Edd. Rom. Nor. *in solo vertice*, quod Oberlin. Seebod. Sprengelius recepere. Bip. *in ipso vertice;* quod etiam Heidekamp. in Progr. supr. laudato p. 14. placuit, vel *in ipso solum*, perperam. Recte Orellius, alterutro omisso, locum languere, observavit. *Ipse solus* i. q. αὐτὸς μόνος, de quo vid. praeter Passovium Schaef. ad Bos. Ellips. p. 308. Hermann. ad Viger. p. 736. Tac. Dialog. de corr. eloq. cp. 5. — *sed et ipsum solum apud vos arguam.* Cic. in Verr. Act. I, 2. — *iis esse metuendam, qui, quod ipsis solis satis esset, surripuissent.* Vernacule: *die Haare binden sie oft gerade nur auf dem Scheitel.*]

h) *ligant*] [*Religatur* Cod. Longol. Ed. Nor., *religant* Rhenan. ex emendat. prava a Gronov. Longol. Bip. Oberlin. aliisque recepta. *Ligare* et *religare comam* latinum vd. Passov.]

i) *ornatiorem — innoxiae*] [*Hornatiorem* Ed. Nor. Freinshemii conjectura *ornatorem* pugnat cum simplicitate Germanorum. *Innoxia* ex emend. Mureti post Acidalium prae lect. Codd. et vett. Edd. *innoxiae*, quam recte Passovius tuitus est, a multis editoribus est laudatum, aut receptum.]

k) *ut ament, amenturve*] [Respicit ad Romanos, apud quos uterque sexus, deliciis, luxuriae, lasciviaeque supra modum indulgens, capillorum ornandorum anxiam curam habebat. Vid. locc. vett. ap. Dithmar. Senec. de Brev. vit. cap. 12. Meiners. de corrupt. mor. Roman. p. 152 sq.]

l) *ornantur*] Pro quo si accipias MSC. Longol. [et Ed. Nor.] *armantur*, non erit, quod cum Ernestio et Broterio ejiciatur *compti*. Vereor, ne hoc *ornantur* ex antecedente *ornatiorem* librario obversatum sit. [*Armantur* Cod. Bamberg., quod in not. Lips. placuit. *Armantur* et

Caput XXXIX.

De Suevis Semnonibus. Arcana sacra in silva celebrantur. Ob numerum secredunt caput Suevorum.

Vetustissimos se nobilissimosque Suevorum Semnones a) memorant. Fides antiquitatis religione firmatur 1

armentur sunt mera interpretamenta, nam *ornare* frequentatur notione *armandi* vid. supr. cap. 13. p. 58. Duk. ad Flor. I, 16, 7. Parei Lex. cr. p. 869., qua tamen h. l. accipi nequit. *Ornantur* est unice vera lectio. Male Bip. locum sic constituunt: *ea cura formae* (*sed innoxia, neque enim, ut ament amenturve, sed adituri bella*) *in — ornentur.* Cf. infra cp. 43. — *nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur.* Ed. Spir. *adituri — ornantur* sine distinctione, non male.]

a) *vetustissimos — Semnones*] [*Seu* pro *se* Cod. Humm.] Pluribus egi de his in Diss. 21 et 26. de Hermunduris. [*Semnones* est scriptura optt. libror. *Semones* et infr. *Semonum* Ed. Nor. *Senones* (infr. *Sennonum*) Put. Mon. Vienn. (sic scribitur nomen *Senonum*, populi Galliae Caes. B. G. V, 54. cf. Schneider. Gr. lat. T. I. P. II. p. 424.) et Vellej. Pat. II, 106. in Ed. princ., Ruhnk. *Semnones*, Σέμνωνες Strabo, Σέμνονες Ptolemaeus II, 11., quos trans Albim usque ad Suevum fl. locavit, quem rectius Wilhelm. p. 238. pro Viadro, quam, ut Mannertus, pro Varna habet, in Marchia Brandenburgica, ut essent vicini Langobardis, Hermunduris, Marcomanis, Cheruscis et Burgundionibus. Tiberius primus ad eorum fines progressus est. Vellej. l. l. In Marobodui regno fuerunt. Strab. VII. p. 290., a quo postea ad Arminium cum Langobardis defecerunt et arma contra eum sumserunt; Tac. Ann. II, 45 — 46. Masyus rex, a Semnonibus pulsus, cum Ganna fatidica (cf. supr. not. ad cp. 8.) Romam ad Domitianum venit. Dio Cass. LXVII, 5. Quadi, bello Marcomanico in Semnonum fines se recepturi, ab Antonino repelluntur. Dio Cass. LXXI, 20. Post a. 174. p. Ch. vel nomine tenus ignorantur, ex quo silentio Mannert. T. III. p. 331 sq. audacius, quam ut Wilh. p. 240. mihique potuisset sententiam suam probare, argumentum duci posse contendit, Semnonum populum nunquam in Germania fuisse. Propius a vero Spenerus abesse videtur, censens, cum omnis Germania in gentium foedera fuisset

2 tur [b]). Stato tempore in silvam [c]), auguriis [d]) patrum [e]) et prisca formidine [f]) sacram [g]), omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt [h]), caesoque publice homine, celebrant barbari ritus
3 horrenda [i]) primordia. Est et alia luco reverentia. Nemo,

prona, tum etiam Semnones, posito nomine suo, in aliud foederis insigne transisse. Vid. Notit. Germ. T. I. p. 90. *Silvam Semnonum* in densis silvis inter fl. Elster et Spree prope Sonnenwalde et Finsterwalde reperisse sibi videtur Wilhelm. Germ. p. 50.]

b) *fides — firmatur*] Terent. Andr. III, 1, 4. ibique Westerhof. [»Intell. ut credamus gentem antiquam esse, etiam religionis ratio suadet.« Ern.]

c) *stato — silvam*] [*Statuto* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon, Vienn., utrumque in usu, h. l. *stato* praefero. vd. Tac. Hist. III, 30. Beier. ad Cic. de Off. I, 12. Glossar. Livian. p. 706. A. G. Ern. Conf. cum h. cap. supra cap. 9. *Sylvam* Ed. Spir. constanter.]

d) *auguriis*] Pro *consecratione* positum esse, frustra putat Ernestius. Si accipies sensu vulgari Romano, omnia erunt plana.

e) *patrum*] [*Patrium* Ed. Nor.] I. e. majorum, vid. Duker. de Latin. Ict. p. 213 — 219. Ed. Traj. [Ernest. in Clav. Cic. s. *pater* hunc usum loquendi poetis solis vindicat; tu vide Liv. VIII, 5. XXII, 60. XXXIX, 42.]

f) *formidine*] [*Formido* i. q. religio vd. Drakenb. ad Sil. It. I, 82.] Conf. cap. 9, 5. Lucan. III, 411.; quare non est, quod hic haereas cum Ernestio. [Tac. Ann. XIV, 30. — *luci saevis superstitionibus sacri*. Claudian. de Laud. Stil. I. 229. — *luci vetusta religione truces*.]

g) *auguriis — sacram*] [*Sacrum* Ed. Nor. *sacra* Ed. Vienn.] Hexameter, quales undeviginti in Tac. Opp. Bambanius observavit apud Fabricium. [Bibl. Lat. T. II. p. 389, ibid. etiam locc. alior. scriptor. laudat. Sallust. Cat. 19, 5. Cort. Versus e Cicerone, Livio, Catone Muret. ad Cic. Catil. I, 1. collegit, ex Isocrate Jac. Gaddius de scriptor. non ecclesiast. T. I. p. 264. Ernestius, qui haec verba e poeta desumpta, aut, ut insiticia, ejicienda putat, non est audiendus. Conferri possunt vers. Virgil. Aen. VII, 172. 608.] Cicero Orat. 20. [et 56.] versus in vitiis orationis ponit.

h) *omnes — coeunt*] [*Omnis ejusdem* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Vienn. *omnes ejusdemque* Ed. Nor. *omnes nominis ejusdemque* Cod. Arund.] Pro *coeunt* Cod. Long. Edd. Nor. Rhen. recc. in Ed. Rhagianam ex glossa videtur irrepsisse *cohaerent*. [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn.]

i) *orbem — horrenda*] MSC. Long. [Ed. Nor.] *horrentia* ac-

Nemo, nisi vinculo ligatus, ingreditur, ut minor[k]),
et potestatem numinis prae se ferens. Si forte pro- 4
lapsus [l]), attolli et insurgere [m]) haud licitum: per
humum evolvuntur [n]). Eoque omnis superstitio re- 5
spicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator [o])
omnium Deus, cetera subjecta [p]) atque parentia.
Adjicit auctoritatem [q]) fortuna Semnonum. Cen- 6
tum

que probum. [Minime. *Brotensia* Ed. Rom. *Barbarus ritus* i. q. *peregrinum sacrum* cap. 9.]

k) *minor*] Nimirum viribus. Vid. cap. 36, 4.

l) *prolapsus*] [*Prolapsus est* sola Ed. Norimb. et post Rhen. omnes, *est* ejecit Passov.]

m) *insurgere*] I. e. resurgere, ut *instaurare* pro restaurare. Ovid. Met. IX, 444.

n) *humum evolvuntur*] [*Humanum* Ed. Put. Cum omnes interpretes vernaculi *evolvi* vi passiva transtulissent, bene observavit Orellius, potestate media *se evolvunt* esse capiendum. Sic *advolvi genua* Ann. I, 13, 35. VI, 49.]

o) *regnator*] [Est poetis in usu; sed Tac. substantivis in *or* terminatis, quae a Supino formantur, delectatur: *bellator* supra cap. 14. *cupitor* Ann. XV, 42. *provisor* XII, 4. *firmator* II, 46. *regnatrix domus* I, 4. pluraque alia enotata vid. a Guenthero in Athenaeo a se et Wachsmuth. edito II, 2. p. 269 — 270.]

p) *subjecta*] Scil. sibi.

q) *adjicit auctoritatem*] [*Adducit* Cod. Tur. (*aducit* Passov. errore typothetae ut videtur) Ed. Spir. Kath. Mon. Vienn. *adicit* Ed. Nor. *adiciit* Ed. Rom. Hinc corrigendus Passov., annotans *adducit* a manu correctoris effictum esse e corrupta lectione Spirensi, quam primus restituerit Rhenanus, qui haud dubie lectionem Ed. Nor. *adicit* in *adjicit* mutatam recepit; nam a poetis, in Codd. et Inscriptt. saepissime scribi *adicere*, *conicere*, *reicere* et alia cum *jacio* composita docent Duk. ad Flor. I, 10, 5. Schneider. Gr. lat. T. I. P. I. p. 286 sq., etiam de v. *reicere* separatim Drakenb. ad Sil. It. VIII, 671. Schneider. T. I. P. II. p. 481 sq. Equidem, quanquam *adducit* sensum pareret satis tolerabilem, tamen duas ob causas vulgatem *adjicit* retinendam esse censui, tum quod Latinis locutiones *auctoritatem adjicere* — *addere* — *adjungere* in usu fuisse testantur Wopkens. Lectt. Tullian. p. 111. Gesner. in Thes. s. v. *auctoritas*, tum quod a librariis *adducit* cum *adicit* per compendium pro *adjicit* scripto facile potuit permutari. Pro *auctoritatem* exhibent *aucto-*

tum pagis habitant r), magnoque corpore s) efficitur, ut se Suevorum caput credant.

rem Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Vienn.]

r) *habitant*] Si ad v. *habitantur* ex praeced. *Semnonum* per Synezeugmenon *Semnones* suppleas, omnia erunt plana, ut supersedeas Ern. conjecturis. Conf. ad 44, 2. [Long. explicatio prorsus ferri nequit; nam pagi, regiones habitari possunt, non homines. *Habitantur* Cod. Tur. Edd. Kath. Nor. Put. Mon. Vienn. Pichen. Longol. Bredov. *habiantur* Ed. Spir. Quum haec lectio, omni sensu destituta, jure omnes editores offenderet, jam Rhenanus emendavit *habitatur*. Ernestius conjecit: vel *habitant*, vel *centum pagi habitantur*, vel *centnm pagis habitatur*. Broterius in Ed. Tac. majori suspicatus est *centum pagi iis habitantur*, in minori *centum pagis habitantur* in textum admisit. Bipont., quibuscum faciunt Hartmann. Observ. in Tac. P. II. p. 14. et Oberlinus, *habitantium*, quod, cum Tacitus abruptius genus scribendi sequatur, mihi probari non potuit. Ernestii emendationem *habitant* cum Seebodio, Passovio et Dilthejo recepi, quae et ob facilitatem se commendat, et ob confusionem Activorum et Passivorum in Codd. frequentem, cujus exempla affert infr. cap. 43. lectio *regnant* pro *regnantur* in omnibus Codd. vett. Edd., et cap. 28. *custodirent* pro *custodirentur* in Cod. Tur.; sicque h. l. ob sequens *efficitur* librariorum oculi facile aberrare poterant. Ceterum quum Caesar B. G. I, 37. IV, 1. (c. not. Mori) Suevorum, Tacitus Semnonum centum pagos fuisse narret, aut alteruter lapsus est, aut utriusque narratio potius e fama incerta, quam ex auctoritate, quae fide digna esset, originem traxit.]

s) *corpore*] [Pro *corpore* Cod. Hummel. *numero* e glossa, *tempore* duo Codd. Vatic.] De v. *corpus* Hist. IV, 64. Justin. V, 10, 11. [Gesner. Thes. T. I. p. 258. »Quia *magnum corpus* i. e. magna civitas sunt, credunt se Suevorum principes esse.« Perperam interpretatus est Monius T. II. 23. *ihrer grofsen Leiber wegen.*]

Caput XL.

Caput XL.

De Langobardis, Reudignis, Avionibus, Angliis, Varinis, Eudosis, Suardonibus et Nuithonibus. Hi colunt Nerthum, Terram matrem, cujus nemus in insula Oceani et sacra arcana.

Contra Langobardos [a]) paucitas nobilitat, quod [b]), 1 plu-

a) *Langobardos*] Horum nomen alii a *lang* (longo) et *bar*, unde nostratium *Baron* (vir conspicuus), alii vel a *baren*, clamandi, vel a *barten*, pugnandi notione acceptis, ducunt, ut *Langobardi* sint viri ad fortiter pugnandum se mutuo incitantes; alii a longis bipennibus, quae *Hellebarden* vocantur [Moeser. Hist. Osnab. T. I, 38.], alii [auctore Paulo Diacon. I, 9., cui accedit Spener.] a longa barba quasi *die Langbärtigen* dictos esse volunt. [Monius T. II. p. 193. nomen ducit a *Langbardr*, qui a Paulo Diac. Wodanus vocatus ipsi est Othinus, quae etymologia prorsus est damnanda.] At sine dubio nomen suum debent voc. *Barde* — *Bärde* sive *Börde*, quod in dialecto infer. Germaniae significat solum planum pariendis frugibus terrae matris commodum atque uber. [Barth. T. II. 179. cum Adelung. p. 213. Wilh. p. 286.] Igitur *Langeboerde* erit longus soli fertilis tractus, ejusdemque coloni *Langeboerder* in terris Magdeburgicis et Marchicis, ubi adhuc multa nominis vestigia exstant. Vid. plura in Diss. 22. de Hermund. [*Langobardi* Vellejus, Tacitus, sed h. l. Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeque ap. Passov. *Longobardi*, ut scribit Paul. Diaconus; Λαγγόβαρδοι et Λογγόβαρδοι Ptolem., Λαγγόβαρδαι, Λαγγόβαρδοι, Λογγίβαρδαι, Λογγόβαρδοι Procop Bell. Gothic. Sedes eorum, antiquissimae subinde mutatae, ad sinistram ripam Albis erant in regionibus, quae ex iis medio aevo vocatae *pagus Bardungo* (Bardengau), ubi a Tiberio fracti narrantur. Vellej. II, 106. Strabo VII, p. 290. (apud quem tamen Λαγκόσαργοι lectio corrupta esse videtur), Tiberio in Germania bellante, trans Albim Langobardos se recepisse refert. cf. Suet. Aug. 21. A Maroboduo, in cujus regno erant, ad Arminium defecerunt. Tac. Ann. II, 45—46. Italicus rex, a Cheruscis pulsus, Langobardorum opibus est refectus. XI, 17. Bello Marcomanico Romanum imperium, Danubio trajecto, adorti, a Vindice et Candido repulsi sunt. Posteaquam per duo saecula et quod excurrit quieti latuerant, sub Agilmundo rege 389. p. Ch. nomen eorum inclarescere coepit. Ab Audoino in Pannoniam a. 526., indeque

plurimis ac valentissimis nationibus cincti [c]), non per obsequium, sed proeliis et periclitando [d]) tuti
2 sunt. Reudigni [e]) deinde, et Aviones [f]), et Anglii [g]), et Varini [h]), et Eudoses [i]), et Suardones [k]), et

ab Alboino in Italiam sunt ducti, regnumque ab ipsis conditum, quod per duo saecula florebat, Carol. M. delevit sub Desiderio 774. p. Ch. Laudatur a Ptolem. II, 11. Mesuium in Langobardis, quod Wilh. p. 286. pro Magdeburgo, Krus. in Tab. geogr. Germ. M. dubitanter pro Merseburgo habet. Cf. Mannert. T. III. p. 170. fusius de sedibus fatisque Langobardorum, etiam posterioribus, exponens, Wilhelm. p. 281 sq. J. F. Christii Origines Longobardicae. Halae 1728. 4. Ejusd. Comm. de reb. Longob. Lips. 1730. 4. Paul. Diacon. de Gestis Longob. in Murator. T. I. P. I. p. 395 sq.]

b) *Langobardos — quod*] [Hanc unius Cod. Farnes. lectionem receperunt Gronov. Bredov, Passov, *Langobardos paucitas nobilitat. Plurimis* Cod. Hummel, *Longobardis paucitas, nobilitas, plurimis* Codd. Tur. Longol. Edd. Kath, Spir. (haec nulla distinctione), *Largobardos paucitas, nobilitas, plurimis* Ed. Nor. *Langobardis paucitas nobilitasque* Edd. Put. Vienn, Rhagian. Rhenan, prior (haec *Langobardis*). *Longobardis paucis nobilitasque* Ed. Mon. *Langobardos paucitas nobilitasque*, *quod* Rhenan. *Langobardos paucitas nobilitat: plurimis* Lips. Ern. Broter. Longol. Bip. Oberl.; Seebodius *quod* uncis inclusit. De lectione a me recepta vid. bene disputantem Passov.]

c) *plurimis — cincti*] [Cheruscis, Semnonibus, Hermunduris, Marcomanis, Chaucis.]

d) *proeliii et periclitando*] [*Ac periclitando* Ed. Nor.] Elegans Hyperbaton pro *periculis*. [Vid. Longol. ad cap. 15, init.]

e) *Reudigni*] Fortasse in *Rathenau* Marchiae superstites, MSC. Longol. [Ed. Nor.] *Vendigni*. [Praeter nomina Tacitus de septem aliis nationibus Suevorum non procul ab Albi colentibus nil retulit; nec nos certi quid nisi de Angliis et Varinis in medium proferre possumus, quoniam vanas aliorum conjecturas repetere noluimus. Tu vide, si animus fert, Spener. T. II. p. 33 sq. Sprengel. p. 135. Barth. T. II. p. 180. Wilhelm. p. 286 sq.]

f) *Aviones*] Cluver. malit *Caviones*, frustra. [Postera aetate *Caviones* vocantur in Mamert. Genethliac. Maximian. Aug. dict. 7., etiam *Chaibones* Paneg. 2.]

g) *Anglii*] [*Angli* e correct. Rhenani Long. Mannert. omnesque fere recentt., Passov. e Codd. et vett. Edd. *Anglii* revocavit. *Ἀγγειλοι* Ptolem., *Ἀγγιλοι* Procop. IV, 20.] Horum posteros quis nescit in Angliam trajecisse? [Mannert. T. III. p. 294.]

et Nuithones [l]), fluminibus aut silvis muniuntur. Nec quidquam notabile in singulis, nisi quod in 3
commune Nerthum [m]), id est, Terram matrem, colunt, eamque intervenire rebus hominum [n]), invehi populis [o]), arbitrantur. Est in insula Oceani [p]) 4
castum

h) *Varini*] Ad fluvium *Varnam* in terris Megalopolitanis. [*Varini* Plinius, Φαροδηνοί — Φαροδεινοί Ptolem. Οὐάρνοι Procop. *Varinos* partem Vindilorum dicit Plin. IV, 28., in iisdemque sedibus collocat eos Procop. Histor. Gothor. II, 15., e quibus tamen catervae eorum in alias terras migrarunt. Vid. Mannert. T. III. p. 333.]

i) *Eudoses*] [Alii ad *Euding* fl. Holsatiae, F. Krusius ad *Dosse* fl. sedes eorum locat; postea Dosseri.]

k) *Suardones*] Codex Longol. [Ed. Nor.] *Suarines*. An ex aberratione librarii, compendium scripturae fortasse perperam exprimentis? [Forsitan habitabant, ubi hodie *Schwartau* et fl. *Schwarta* ad Lubecam. E conjectura vix probabili Conringii *Suardones* sunt die Schwarzen, *Vuithones* die Weifsen.]

l) *Nuithones*] [*Vuithones* Cod. Hummel.] Accolebant flumen *Nuthe* ad Servestam, teste Buchholzio in Descript. March. Brandenburg. [Vd. Krus. Tab. geogr. Germ. Magn.]

m) *Nerthum*] [Sic Codd. et vett. Edd. (Spir. *Nerthum i. terram*), *Verthum* Cod. ap. Lips., *Herthum* e correct. Rhenani probatum Gronovio, Bip. Longol. Seebodio aliisque, *Hertham* Oberlin. Bredov. inque illius Ed. vid. conjecturas VV. DD. de h. l. Ob Codd. consensum retinendum est *Nerthum*, quamvis nomen Deae recte scribatur *Hertha*. Terra mater, seu symbolum naturae genitricis, cujus religio ex Oriente originem traxit, apud alias gentes nomine Isidos, Cybeles, Rheae, Cereris, Proserpinae, Opis etc. culta est. Cf. Ammon. et Baeumlein. Comment. ad Tacit. German. p. 57 sq. Hagen. de Irmin. p. 48. De veneratione Matris Deûm apud Aestuos vd. cap. 45.]

n) *intervenire rebus hominum*] [I. e. se immiscere rebus hominum, curare res humanas, nec explicuerim cum Emmerlingio p. 28. advehi hominibus, cui *res hominum* sunt homines, de qua periphrasi vid. Schwab. ad Phaedr. IV, 8, 4. *Intervenire* c. Dativ. vid. in Gesner. Thes. T. II. p. 1197. Cf. Liv. I, 21. — *quum interesse rebus humanis coeleste numen videretur.*]

o) *invehi populis*] [Interdum cum dandi casu struitur vid. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 135. Liv. I, 59. XLIV, 2. Plin. H. N. II, 106. Tacit. Ann. II, 23.]

p) *insula Oceani*] Alii pro Fosettesland, alii pro Rugia habent. Malim posterius. [Alii

castum [q]) nemus, dicatumque in eo [r]) vehiculum, veste [s]) contectum. Attingere uni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali Deam intelligit, vectamque bubus feminis multa cum [t]) veneratione prose-
5 quitur. Laeti tunc dies, festa loca, quaecunque [u])
6 adventu hospitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt; clausum omne ferrum [v]); pax et quies tunc tantum nota, tunc tantum amata [w]); donec

alias hanc insulam quaesiverunt. Barth. T. II. p. 182. insulam Femeren, Monius T. II. p. 24 sq. cum Muentero Seelandiam esse contendere; Cluv. Germ. antiq. III, 27. insulam Rugiam intelligens, sententiam suam cordatioribus probavit. Vid. Passov. laudatosque ab eo Zöllner. Itiner. Pomeran. p. 250. Gagern. Hist. nat. German. p. 57., quibus adde Ammon. et Baeuml. l. l. Mannert. T. III. p. 339. Wilhelm. Germ. p. 49. *Rugii* cap. 43. memorantur.]

q) *castum*] [*Nemus* bis Ed. Nor.] *Castum* i. e. religiosum et sanctum. [*Luci parum casti* Horat. Od. I, 12, 59. v. Passov. Gebauer. p. 903. Gesner. Thes. T. I. p. 790.]

r) *dicatumque in eo*] [*Dicatum* Edd. Rhen. Lips. *in ea* Cod. Turic. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov. correxit Rhenanus]

s) *veste*] [*Vestae* Ed. Spir.] I. e. tegmine, stragula, Nostrates *Decke* cap. 27, 2. [ibiq. not. *Penetrale*, quod statim sequitur, de vehiculo, non de nemore accipiendum est.]

t) *bubus feminis multa cum veneratione*] [*Bobus* Edd. Vienn. Mon.] Male quidam omittunt *cum*. [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn. Jam Vorstius de Latin. falso susp. p. 180. Longolium docere poterat, *cum* et addi et omitti posse, sed substantivo nude posito semper esse addendum. cf. Grotefend. Gr. lat. T. I. p. 202. Ed. IV. Zumpt. p. 345. Ed. III. H. l. abesse malim.]

u) *festa — quaecunque*] MSC. Longol. [Ed. Nor.] *quencunque adventum*. Posterius neglexit Ernestius, approbans prius. [*Festa loca* i. q. celebrantia festum Deae. Sic Horat. Od. III, 18, 11. *pagus festus*.]

v) *clausum — ferrum*] I. e. arma, quia iis non utuntur, nec in promptu erant.

w) *pax — tunc tantum amata*] [*Item tantum* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Pass. *Pax et quies* Tac. Hist. IV, 1. saepius jungi solent a Latinis *pax et otium* ut supr. cap. 14. Tac. Hist. II, 67. Cic. in Pison. cap. 30. vd. Parei Lex. crit. Mantiss. p. 46,

donec idem sacerdos satiatam conversatione morta-
lium Deam templo [x]) reddat. Mox vehiculum, et 7
vestes, et, si credere velis, numen ipsum, secreto
lacu abluitur [y]). Servi ministrant, quos statim idem
lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque igno- 8
rantia, quid sit id [z]), quod tantum perituri vident.

de quo more optimorum quorumque scriptorum, duo substantiva synonyma conjungendi, cf. etiam Scheller. Observ. p. 210. 217. Germ. 42. Oudend. ad Caes. B. G. II, 20.]

x) *templo*] *Templum* est silva sacra. *Templum* non innuit aedem sacram, sed locum ab auguribus auspicandi causa lituo definitum. Varro de L. L. VI, 2. Liv. I, 7, 1. 18, 6. Gell. XIV, 7, 7. [Ernest. Cl. Cic. s. v. *templum*. Lucret. V, 946.] Hinc *templum* dictum, quodcunque a reliquis separatum atque alicui negotio soli constitutum, [quicunque locus Diis sacratus cum luco aut templo, aut sine his, ut τέμενος, de quo vid. Creuz. ad Cic. de N. D. III, 19. p. 675.] Sic *templa Neptuni* pro *mari* Plaut. Mil. glor. II, 5, 3. *templa Parnasia* pro *Parnaso* Ovid. Met. V, 278. *templa Acherusia* pro *locis inferorum* Lucret. I, 121. *templa coeli* pro *coelo* Manil. V, 726. Terent. Eunuch. III, 5, 42. *silvestria templa* pro *silva* Lucret. V, 946. *numinum templa* pro *arboribus* Plin. Hist. Nat. XII, 1, 1. vid. Lucan. III, 411 sq.

y) *et vestes — abluitur.*] [*Et* ante *vestes* om. Ed. Mon. *Ipse* Ed. Mon. De more numinum abluendorum, deque sacris aquis apud alias gentes vid. Ritter. Pronaos p. 96. ibiq. de palude Boebeide ad Olympum prope Dodonam et de Parthenio, flumine Paphlagoniae, quo Diana lavabatur. Mox pro *Servi* Ed. Nor. *Suevi.*]

z) *ignorantia, quid sit id*] [*Ignotantia* Ed. Put. *Id* Cod. Turic. Spir. Kath. Vienn. Broter. Bip., a qua lectione, licet aures offendat, recedere dubitavi. Tac. Dial. de corr. el. 31 — *qui scit, quid sit* — non suavius sonant. *Illud* pro *id* in Edd. Nor. Rhen. Gronov. Longol. Oberlin. Passov. Pronomen *illud* cum Ernest. deleri nequit. *Quid si id, quod* Edd. Put. Mon.]

Caput XLI.

De Hermunduris et Albi fluvio.

1 Et haec quidem pars Suevorum in secretiora Germaniae porrigitur a). Propior b), ut, quomodo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar,
2 Hermundurorum c) civitas, fida Romanis: eoque solis

a) *porrigitur*] [Haec periodus in plerisque Edd., ut Spir. Kath. Gronovii, Oberlini, Seebodii, Passovii, initium facit capitis 41.; mihi Longolii descriptio, qui capiti antecedenti adjunxit, displicet. Pro *Suevorum* Cod. Tur. *nervorum*, Edd. Spir. Kath. Norimb. *verborum;* Rhenanus primus *Suevorum* emendasse videtur.] Hoc caput uberius illustratur in Longolii et J. H. M. Ernestii Notit. Hermundur. Norimb. 1793. 2. voll. 8.

b) *propior*] [Omisit Ed. Mon. Cod. Tur. *propero. Quom.* pro *quomodo* Ed. Mon. Verba *ut — sequar* Wilhelm. Germ. p. 210. suspecta sunt visa, non item mihi.]

c) *Hermundurorum*] [*Hermunduorum* Ed. Put.] Nomen ex vocibus Germanicis *Her*, *man* et *dur* compositum, significare viros ad flumina habitantes, quae transeuntes per januas et turres ad alios pergebant, probatum ivi loc. cit. [De orig. nomin. vid. Barth. T. II. p. 187. Wilhelm. Germ. p. 208. explicat *Hermund* per *Hochländer*, *ur* per *er* not. plural. Ἑρμυνδῦροι Dio Cass., Εὐμονδόροι Strabo, male. De sedibus Hermundurorum quum inter veteres, tum inter recentiores, e quibus nomino Cluverium, Mannertum, Wilhelmum, haud levis discrepantia atque dissensio est. Hermunduri vix uno eodemque tempore amplum terrarum spatium inter Albim, Danubium, Moenum et Salam implere potuerunt, sed e sedibus pristinis inter Albim, Salam Franconiae et Moenum in regiones ad Danubium migrarunt, a Domitio Ahenobarbo in partem civitatis Marcomanorum in Bohemia recepti. Postea Tiberius ad Albim, qui Semnonum Hermundurorumque praeterfluit fines, penetravit. Vellej. II, 106. Ex hujus cp. 108. suspicari licet, eos per aliquod tempus Maroboduo paruisse, quem Catualda regno expulit, ipse Marcomanorum opibus, Vibilio duce, non multo post ejectus. Tacit. Ann. II, 62 — 63. Vannius, Suevis Maroboduum et Catualdam profugos comitatis a Druso Caesare impositus (Ann. II, 63.), pellitur sub auspiciis ejusdem Vibilii. XII, 29 — 30. Aestate a. 58. p. Ch. inter Hermunduros et Chattos certatum

solis [d]) Germanorum non in ripa commercium, sed [e]) penitus, atque in splendidissima Rhaetiae provinciae Colonia [f]). Passim et sine custode [g]) 3 trans-

magno proelio, dum flumen, gignendo sale fecundum (Salam Franconiae), vi trahunt; sed bellum Hermunduris prosperum, Chattis, exitio fuit Ann. XIII, 57. Trans Albim ponit eos Strabo VII. p. 290. Inter Hermiones eos refert Plinius H. N. IV, 28. Fida Romanis permansit eorum civitas usque ad a. 152. p. Ch., quo cum Marcomanis Quadisque arma contra Romanos sumsere vd. Mannert. T. III. p. 121 sq.; nec ultra Hermundurorum, sed Suevorum nomine appellantur. Num Thuringi, sententia Mannerti, a stirpe Hermundurorum orti sint, addubitat Wilhelm. German. p. 201 sq. vid. Mannert. T. III. p. 193 sq.]

d) *eoque solis*] [Cod. Tur. *eaque sola*. Ed. Mon. *eosque solis*. Haec verba in mentem mihi revocant lectionis variae supra cap. 5. omissae, ubi Ed. Mon. *eaque solae* habet pro *easque solae*, minime damnandum. Sic Liv. III, 38. *Spem in discordia Romana ponentes; eam impedimentum delectui fore*. De utraque pronominis constructione vid. Ruddimann. Instit. Gr. lat. P. II. p. 21.]

e) *non — sed*] I. e. non tam — quam potius. [Passov. in not. ad cap. 15. rectius duplicem Ellipsin hic statuit: *non* (solum) *in ripa — sed* (etiam) *penitus*. Vid. Grotefend. Gramm. lat. T. I. §. 263. Ed. IV. — *Commercium* Ed. Spir., ut supra cap. 17. *comercia*.]

f) *atque in — Colonia*] [*Ac* Cod. Turic. male vid. Tursellin. de partic. p. 16, Interprett. ad Cic. Phil. T. II. p. 10. Ed. Wernsdorf. Nolten. Lex. antibarb. T. I. p. 1279. Scheller. Observ. p. 4. Gramm. maj. p. 719. Creuz. ad Cic. de N. D. p. 666. Friedemann. in Miscellan. a se et Seebod. edit. Vol. I. P. I. p. 68. — *Rhetiae* Ed. Spir. at cap. 1. *rhaetiisque*, ubi *Rhetiisque* Cod. Tur., sed cap. 1. *Reticarum*, qui etiam ibid. male *Renus*. vid. Schneider. *Raetiae* Edd. Nor. Vienn. Broter. Longol., quam scripturam praeter Grotefendum etiam probat Schneider. Gr. lat. T. I. P. I. p. 213. — *Splendidissima Rhaetiae provinciae Colonia* est *Augusta Vindelicorum* (Augsburg), primum sic vocata a Sext. Ruf. Breviar. 10., prima Romanorum colonia in Vindelicia, (non Veldidena, Wilten, ut Roschmannus in Orellii Symbol. p. 32. opinatus est), cujus descriptionem exhibet Mannert. T. III. p. 607. De Rhaetia vid. cap. 1.]

g) *et sine custode*] [*Et* male omiss. in Edd. Nor. Rhen. etc. Pichena e vett. libris addidit,

transeunt; et cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus [h]; his domos villasque
4 patefecimus, non concupiscentibus. In Hermunduris [i]) Albis oritur [k]), flumen inclitum, et notum olim [l]); nunc tantum auditur [m]).

Caput XLII.

et exhibent Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn.] Contrarium Tencteris accidit apud Tacit. Hist. IV, 64. — *sub custode et pretio coiremus* — et 65.

h) *et cum — ostendamus*] [*Ut tum* Ed. Mon. *commendamus* Cod. Tur.]

i) *in Hermunduris*] [I. e. in civitate Hermundurorum. Sic Livius centies *in Aequis*, *in Volscis*, *in Faliscos* vd. Drakenb. ad Liv. V, 28.]

k) *Albis oritur*] *Albis* nomen ex *Alpibus* duci posse, haud neget, qui meminerit, τὰ Ἄλπια καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια. Inde nomen *Albe* et *Elbe*, quod permutatis literis *b* et *f* ex *Elf*, quo Sueci et Dani aquam fluviumve significant. Slavis ex transpositione literarum dicitur *Labe* conf. Diss. 27 et 28. de Hermunduris. [Etymologia a Longolio excogitata nil habet, quo se commendet. Vid. Barth. T. II. p. 38. et not. supra ad ep. 1. p. 2. *Albis* Vell. Tac. Strab. Plinius etc., *Alba* Vopisc., Ἄλβιος Dio Cass., *Albia* Helmoldus. Sunt, qui erroris Tacitum arguant, quod Albim in Hermunduris oriri tradat, quum potius e montibus Sudetis in agro Marcomanorum profluat, et statuant, eum aut fama falsa sic accepisse, aut Egram cum Albi confudisse, vid. Spener. T. I. p. 75. T. II. p. 124. Wilhelm. Germ. 76. 205. At fidem Nostri egregie tuentur Mannert. T. III. p. 197. 419. et Dilthejus, observans, Hermundurorum regnum a Vibilio amplificatum etiam montes, in quibus Albis fons, complecti potuisse. Drusus a. 9. a. Ch., cum legionibus Romanis ad Albim progressus, non transiit, tropaeisque statutis recessit. Dio Cass. LV, 1. Liv. Epit. CXL. Post Domitius Ahenobarbus exercitu flumen Albim transscendit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum ducum Roman. Tac. Ann. IV, 44. Post Tiberii expeditionem a. 5. p. Ch. Romanorum nullus ad Albim usque processit. Vellej. II, 106 — 108. Dio Cass. LV, 28. De tropaeis, a Germanico ob debellatas inter Rhenum Albimque nationes constitutis, deque ejus triumpho vid. Tac. Ann. II, 22. adde 41.]

l) *inclitum et notum olim*] [*Inclytum* Ed. Spir. Longol. *inclitum* pleraeque Edd., quod *inclutum* scribi jubet Grotefend. Gr. lat. T. II. §. 159. 164. At

CAPUT XLII.

De Nariscis, Marcomanis et Quadis.

Juxta Hermunduros Narisci [a]), ac deinde [b]) Mar- 1
comani [c]) et Quadi [d]) agunt. Praecipua Marcoma- 2
norum

vid. Gesner. Thes. s. v. Cod. Turic. *novum* male. Cf. supra cap. 37. Vellej. I, 1.]

m) *auditur*] Scil. fando. Sic interpretarer ego illud Nostri Annal. II, 24. *inauditas volucres*, i. e. quas ne fando quidem audiverant. Quo pacto supersedeas emendatione Ernestiana nimis audaci *invisas* vel *invisitatas*.

a) *Narisci*] Nomen traxerunt ex *Nabo*, [vid. Barth. T. II. p. 46.] Palatinatus superioris fluvio, qui e Monte Pinifero oritur. [*Narisci* Tac. Jul. Capitolin. Οὐαριστοί Ptolem. Ναρισταί Dio Cass. hodie *Provincia Variscorum* (Vogtland), ob quam diversitatem in incerto est, *Narisci*, an *Varisci* dicti sint. Mannertus Nariscos in regionibus Montis Piniferi et parte septentrionali Palatinatus superioris collocat. Ptolem. II, 11. Ὑπὲρ τὰ Σούδητα ὄρη Τευριοχαῖμαι, ὑπὸ δὲ τὰ ὄρη Οὐαριστοί, εἶτα ἡ Γαβρῆτα ὕλη. Postea cum Marcomanis aliisque populis Suevis bellum contra M. Antonin. Philosophum susceperunt. Jul. Capitol. M. Ant. Philos. cp. 22. Parti eorum, quae hoc tempore ad Romanos transierat, sedes assignantur. Dio Cass. LXXI, 21. Neque amplius nomen eorum auditur; de Armalausis nil dicere ausim. Ptolemaeus eorum urbes Brodentiam et Setuacatum laudat. Spener. T. II. p. 128 sq. Wilhelm. Germ. p. 210.]

b) *deinde*] De loco. Sic Lucret. V, 789. *inde* Liv. I, 1.

c) *ac deinde Marcomani*] [*Et deinde Marcomani* Cod. Turic. semper et optt. Edd. vett. Caesar, Florus, cui scripturae calculum etiam adjecit Schneid. Gr. lat. T. I. P. II. p. 423. laudans Inscript. ap. Gruter. p. 108. nro. 8. Μαρκομάνοι Ptolem., Μαρκομμάνοι Strab., *Marcomanni* recentiores fere omnes, etiam Longol., praeter Dithmarum, non Lipsium secuti, ut Passov. opinatur, qui priorem scripturam exhibet, Vellej. Capitolin., Μαρκομάνοι Dio Cass. Bene Passov. *Marcomani* reduxit. Edd. Spir. Kath. Put. *Marconiani* constanter (*ni* confus. cum *m* ergo *Marcomani*). Nomen eorum rectius a *Mark* (i. e. limes) et *Mann* ducitur, ut *Grenzmänner* vocati sint ob sedes in finibus Germaniae, Rhaetiae, Galliae et Helvetiae, quam a *Mar* (i. e. palus) in-

norum gloria viresque: atque ipsa etiam e) sedes, pul-

colae regionis palustris vid. Barth. T. I. p. 468. Inter Rhenum, Moenum et Danubium, in plures catervas divisi, agebant, ut ab incursionibus Gallorum limites Germaniae tuerentur. In Ariovisti exercitu pugnant contra Caesarem; qui primus eorum mentionem injicit B. G. I, 51. Maroboduo duce, nobili et feroci viro, Bojos sedibus in Bojemo pellunt (German. cp. 28. ibiq. not.), qui regno occupato (Ann. II, 26. rex Suevorum dicitur) finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris sui fecit. A cujus potentia quum Romani sibi timerent, et Tiberius diversis partibus cum aggredi a. 6. p. Ch. decrevisset, rebellione in Pannonia et Dalmatia coorta, a proposito desistere est coactus. Vellej. II, 108—110. Strab. VII. p. 290. Non multo post Marobodui nomen regium apud populares, libertatis amantes, invisum fieri coepit, et Semnones ac Langobardi, pertaesi dominationis ejus, ad Cheruscos, duce Arminio, defecere, a quibus victus Tiberii opem imploravit. Tac. Ann. II, 44 — 46. Fractum et a suis desertum Catualda regno expulit, ut non aliud subsidium quam misericordia Romanorum ei superesset, a quibus receptus Ravennae consenuit. Catualda, pulsus haud multo post ab Hermundurorum rege Vibilio, Forum Julium a Romanis missus est. Barbaris utriusque comitibus inter flumina Marum et Cusum locatis Vannius e gente Quadorum rex datur. Ann. II, 62. 63., postea ejectus ab eodem Vibilio Ann. XII, 29 — 30. Sed Marcomani potentia gloriaque praecipua insignes per omne hoc tempus reges habuere. Deinde bellarunt cum Domitiano, quem vicerunt Dio Cass. LXVII, 7., cum Trajano et Hadriano. Bellum grave et maximum Marcomanicum, quod vocatur, sub Marco Aurelio exarsit p. Ch. 152, quo usque ad Aquilejam progressi Italia pene potiti essent; sed impetus eorum repressus feliciterque ab Imperatore contra eos pugnatum. Cum Romanorum Imperium una cum Junthungis incursionibus vexare non desisterent, sub Aureliano ex Italia aegre repulsi. Vid. Mannert. T. III. p. 112. Post Attilae mortem, in cujus exercitu erant, Marcomanorum nomen non amplius auditur. Urbes in civitate Marcomanorum laudantur a Ptolemaeo Marobudum, regia Marobodui (Tacit. Ann. II, 62. Βουίασμον Strab. VII. p. 290. Budweis) Usbium, Abilunum, Redintuium, Nomisterium, Osilancorum. Wilhelm. Germ. p. 212. Mannert. T. III. p. 382.]

d) *Quadi*] A nullis Tacito antiquioribus scriptoribus memorantur, sed tantum a sequioribus,

pulsis olim Bojis, virtute parta. Nec Narisci Qua- 3
dive degenerant. Eaque Germaniae velut frons est,
quatenus Danubio peragitur [f]). Marcomanis Qua- 4
disque

Eumenio Paneg. Const. dict. 10, 4. Tab. Theodos. in Opp. Velserianis p. 738. sq. Ptolem. II, 11. Zosim. III, 1. et 6. IV, 17. Arrian. Exped. Alex. I, 111. Dion. Cass. LXII. p. 761. Marc. Antonino Lib. I. extr. etc. A Graecis dicuntur Κουάδοι, [Κόλδυοι (al. Κόλδυλοι) ap. Strab. VII. p. 290., qui primus eorum mentionem facit. Quadi a meridie Danubium, ab oriente Jazyges ad Granuam fl., ab septentrione saltum Hercynium attingebant, occidentem versus a Marcomanis limite in Moravia et Austria secreti. Ptolem. II, 11. quatuordecim urbes eorum nominat. Vannius, barbaris Maroboduum ac Catualdam comitatis et inter Cusum Marumque locatis rex datus a Romanis, postea a Vibilio regno est pulsus vd. not. de Hermund. et Marcom. Saepius reges eorum a Romanis confirmati sunt. Capitolin. Marc. Aur. 14. Acerrimi hostes Romanorum exstiterunt bello Marcomanico, quo Imperator in ipsorum finitus paene oppressus fuisset. Dio Cass. LXXI, 8. Postea ob pacem ruptam et ob regem expulsum aliumque Romanis infensum creatum praesidiis coerciti sunt. Quamvis cum Commodo a. 180. p. Ch. pacem iniissent, tamen foedus cum Marcomanis non ruperunt, saepiusque in provincias Rom. impressiones fecerunt sub Gallieno, Aureliano, Constantio, Valentiniano I. Dio Cass. LXXI, 20. LXXII, 2. Eutrop. IX, 8. Vopisc. Aurelian. 18. Ammian. XVII, 12. XXIX, 6. Saeculo quinto nomen eorum non amplius auditur, et in aliud gentium foedus transiisse videntur. Vid. Mannert. T. III. p. 378. Wilh. Germ. p. 223.]

e) *atque ipsa etiam*] Vid. ad cap. 10, 5. *et etiam*.

f) *quatenus Danubio peragitur*] [Hic locus, qui fuerat crux interpretum omnium, nondum in clara luce positus est. *Peragitur* Codd. Lips. Turic. Longol. Bamb. Edd. Spir. Kath. Nor. Roman. Mon. Passov. *Pergitur* Edd. Put. Vienn. Ald. Pichen. Longol., quod Emmerling. p. 29. tuetur. Nec conjecturis locus potuit sanari: *praetexitur* Rhenan. Lips., *protegitur* Bipont. Oberlin., *porrigitur* Lips. in prior. not. et Seebod., *porgitur* Ern. in not., *praetenditur* Bredov., *peragratur* mihi venit in mentem. Strombeck. et Sprengel.: *Dort ist gleichsam die Stirn, so weit es von der Donau gedeckt wird* (protegitur). Schlueter.: *Diess ist gleichsam die Stirn Germaniens, so weit die Donau daran hinsieht* (peragitur). Passovius sup-

disque [g]) usque ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui [h]) et Tudri [i]) genus: jam et externos patiuntur [k]). Sed vis et potentia regibus ex auctoritate Romana [l]): raro

plendo *iter*, quae Ellipsis in ἀνύειν et τελεῖν Graecis etiam usitata sit, locum ita explicat: Danubii tractum sequenti haec Germaniae quasi frons est. Diltheius, cui haec interpretatio displicet, *peragitur* refert ad voc. *frons: so weit die Vorderseite Germaniens durch die Donau vollendet wird.* V. D. in Eph. lit. Jen. 1818. Nov. per Hypallagen explicat: quatenus Danubius agitur per Germaniam. Mihi locus sic expediri posse videtur, ut *peragere* notione peragrandi accipiatur: *so weit Germanien von der Donau durchwandert — durchlaufen wird. Peragere freta* Ovid. Heroid. XV, 65. *orbem* Valer. Flacc. I, 566.]

g) *Quadisque*] [*Quadisve* Edd. Spir. Kath. aliaeque vett., non *Quadive*, ut apud Passov. errore operarum. *Quadisque* (Cod. Tur. Ed. Norimb.), Ursino et Pichena suadentibus, Gronov. Ernest. Bip. Passov. recepere. Proxime infra *mansere* Edd. Nor. Vienn.]

h) *Marobodui*] Tacit. Annal. II, 62. Suet. Tib. 37. Vellej. II, 129, 3. Sommerus in regno Vannico, Koehler de rege Maroboduo. [Fr. Roth. Arminius et Maroboduus. Stuttg. 1817. 8. De etym. nomin. vid. Barth. T. I. 469. II. 366. 368.]

i) *Tudri*] MSC. Long. *Trudri*, fort. a *treu* (fidus.) [*Trudi* Edd. Norimb. Rom., quod non commendarim cum Oberlin. Ex hujus gente apud Quados, sicut e Marobodui apud Marcomanos, reges fuisse videntur. Vid. cap. 7. init.]

k) *externos patiuntur*] [Respicitur ad Catualdam, regesque Hermundurorum, quorum erat Vibilius Ann. II, 62. 63.]

l) *vis et potentia ex auctoritate Romana*] [Passim *vis et potestas* juncta usurpantur vid. Parei Lex. crit. Mantiss. p. 54. Maroboduus notatur, quem Arminius Ann. II, 45. *satellitem Caesaris* dicit. De Vannio vid. Ann. II, 63. Sic Cherusci, Italicum, Arminii fratrem, regem a Romanis petivere Ann. XI, 16. Quadis rex Furtius ab Antonino Pio datus legitur in nummo ap. Spanheim. de praestant. et usu numismat. T. II. p. 582. et regem recens creatum Quadi a Romanis confirmari volunt. Capitolin. Marc. Aurel. 14. Aliis quoque gentibus reges ex auctoritate Romana fuerunt: Parthis Venones petitus Roma acceptusque rex fuit. Ann. II, 1.]

raro armis nostris, saepius pecunia juvantur, nec minus valent [m]).

Caput XLIII [a]).

De Marsignis, Gothinis, Osis, Buriis, Lygiis, Ariis, Helveconibus, Manimis, Elysiis, Nahanarvalis, Rugiis, Lemoviis.

Retro Marsigni [b]), Gothini [c]), Osi [d]), Burii [e]): 1
terga

m) *nec minus valent*] [Passovius, praeeuntibus Ed. Vienn. et Mannert. T. III. p. 476. Ed. I. (in Ed. II. omisit) haec verba in extremo capite collocavit, quum in plerisque fere Edd., etiam Longol., initium seq. faciant, beneque in not. luculenta ad h. l. observat, quia Gothini Osique tributa patiantur, absurde haec de iis dicta esse. „Accipiebant pecuniam a Romanis reges Marcomanorum et Quadorum, nec ideo minus valebant, ac si nihil tulissent; non enim tanquam pauperiores a divitibus accipiebant, sed victores a victis reportabant." Cf. supr. cap. 15. extrem. *Nec* ante *minus* non deleverim cum Lallemando et Bleterio. Cod. Tur. *nec manus valet*, *Retro Marsigni*. Ed. Nor. *Retromarsigni*.]

a) Hoc caput illustravit Steffens. de priscis Germaniae incolis. Conf. Diss. 19 et 20. de Hermunduris.

b) *Marsigni*] A *Marsch*, quod solum palustre, terra devexa, quae alluitur flumine; *ing* autem, ut in *Reudignis*, significat *filium*. Hinc *Marsigni* quasi *filii loci palustris*. Sedes eorum in Silesia inter sinistram Viadri ripam et Bohemiam quaerendae. [Quum Marsignos nullus veterum scriptorum praeter Tacitum commemorarit, Gattererus Marsos (vid. cap. 2.), Wilhelm. Germ. p. 236. Astingos gentis Vandalicae (Dio Cass. LXXI, 12.) intelligendos esse, vix probabiliter suspicati sunt. *Retro* i. e. orientem versus.]

c) *Gothini*] [*Gotini* Edd. Nor. Vienn. *Gothini* Edd. Spir.

terga Marcomanorum Quadorumque claudunt [f]). E quibus Marsigni et Burii sermone cultuque Sue-
2 vos referunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos, et quod tri-
3 buta patiuntur [g]). Partem tributorum Sarmatae [h]),
4 partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. Gothini, quo magis pudeat, et ferrum effodiunt [i]). Omnesque

Bothini Ed. Monac. Gothini, (non confundendi cum *Gothynis* et *Gothunis* Claudian. IV. Cons. Honor. 622. in Eutrop. 2, 153. *Gautunnis* Vopisc. Prob. 18., qui sunt Gothones), origine Celtica (vd. cap. 28.), incolebant prope Silvam Lunam, in qua regione Ptolem. II 1,1. *Cognos* secundum Krusium locat, *Batinos* sec. Passov.; *Κοτινοὶ* Dion. Cass. LXXI, 12. Krusio Gothini, Wilhelmò Gothones sunt, quem vid. Germ. p. 231. *Gothini* et *Gothones* Longolio iidem sunt, perperam.]

d) *Osi*] Hos pro priscis Silesiae superioris incolis habent, et quidem in terris Ducatus Oelsnensis. [Cf. cp. 28. Osos nonnisi a Tacito memoratos a Viadri usque ad Granuae fontes regiones montosas insedisse, suspicatur Wilh. p. 234., Dilth. et Krus. in regno Galliciae loca, ubi hodie *Oswiecin* et *Osiec*.]

e) *Burii*] Dicuntur quoque *Buri* [Edd. Nor. Vienn. Ptol. et *Burri* [Dio Cass. utrumque] apud scriptores in Diss. 19. de Hermunduris laudatos. Ascribendi vero genti *Lygiorum* in Silesia. [Ex Ptolem. II,11., qui *Burios* appellat *Lutos* (al. *Lugos*) *Buros*, apparet eos prope Lygios a Monte Asciburgio usque ad Vistulam fl. coluisse. Bello Dacico contra Trajanum pugnarunt. Dio Cass. LXXII, 3., Marcomanico cum aliis populis Germ. contra Romanos conspirarunt. Capitol. Marc. Aur. 22. Wilh. p. 246.]

f) *terga Marcomanorum Quadorumque claudunt*] [Wilhelm. Germ. p. 332. observat, a Marsignis et Gothinis Marcomanorum, ab Osis Buriisque Quadorum terga claudi.]

g) *et quod tributa patiuntur*] [*Et* om. Ed. Mon. *Trib. pati* Tac. Ann. VI, 41. *tolerare* IV, 71. *tributis contemni* supr. cap. 29. Gothini Quadis, Osi Sarmatis tributarii erant.]

h) *Sarmatae*] MSC. Longol. *Sermatae*. In nominibus geographicis nihil confusionibus frequentius. [*Sarmatho* Cod. Turic. *Sarmathae* Edd. Spir. Kath. vid. supr. cap. 17. Intelligendi sunt Jazyges Metanastae, vel Sidones. Wilhelm. p. 234.]

i) *quo magis — effodiunt*] [*Offodiunt* Ed. Put.] Quia apud Romanos ad metalla damnari poena erat. Brissonius. Ad haec re-

que hi populi pauca campestrium, ceterum saltus et vertices montium jugumque insederunt [k]). Dirimit enim scinditque Sueviam continuum montium jugum [l]), ultra quod plurimae gentes agunt; ex quibus latissime patet Lygiorum nomen [m]), in plures

spici illis praepositum *et*, satis arguat Ernestium, qui illud *pudeat* ad illud longius distans *tributa patiuntur* retulit. [Orellius in Symbolis p. 33., Longolii miram interpretationem reprehendens, cum Ernest. melius ita h. l. explicat: »Gothini summa cum ignominia tributa pendunt, quamvis suis ex ferrifodinis arma sibi parare, ac nisi ignavi essent, jugum excutere possent, quum dominis contra ne ferrum quidem supersit; ut ex cap. 6. init. supplere licet.« Ptolem. II, 11. laudat has ferri fodinas.]

k) *omnesque — vertices montium jugumque insederunt*] [*Omnisque* Ed. Nor. *Jugaque* Cod. Arund. Non hic, sed post *continuum* Cod. Turic. Edd. Mon. Nor. omittunt *montium*, male; *jugum montis* frequentant Latini, vid. exempla ap. Passov. et Plin. H. N. IV, 24. Justin. VII, 7. Lucan. VIII, 372.; rarius *mons* omittitur Caes. B. G. VI, 40. VII, 67. *Multa campestrium* sc. locorum, quae Ellipsis aliis scriptoribus et Tacito frequens vid. Palairet. Thes. Ellips. lat. p. 169 sq. Lindner Ellips. lat. p. 86. Drakenb. ad Liv. XXXVII, 58. *Insidere* c. Accus. vid. Duker, ad Flor. III, 21, 7. Graev. ad IV, 7, 6.]

l) *dirimit — jugum*] Quidam de montibus Carpaticis intelligunt, malim ego de Monte Pinifero aliisque. [Sententia Mannerti et Wilhelmi τὸ Ἀσκιβύργιον ὄρος Ptolemaei est, quibus praeiit Spener. T. I. p. 91.]

m) *Lygiorum nomen*] Quam varie horum nomen scribatur, ostendi in Diss. 19. de Hermunduris. [Vid. Mannert. T. III. p. 315. qui male *Ligii*, ut Longol., ex Ann. XII, 29, ubi tamen. *Lygii*. *Legiorum* Cod. Tur. Edd. Spir. (et Rom. *legiorum*) Kath. Nor. Put. Vienn., sed sub finem cap. *Lygios* (Vienn. *Ligios*). *Legionum* Ed. Mon. Tria latera Lygiorum Vistula concludebat, unum in occasum latus Mons Asciburgius firmabat. A Strabone VII. p. 290. primum memorati magnus populus, isque ditioni Marobodui subjectus dicuntur; quorum vis innumera, cum aliis gentibus in regnum irruens Vannianum, opes praedata est. Tacit. Ann. XII, 29 — 30. Domitianus Lygiis opem implorantibus contra Quados centum equites ludibrii causa misit. Dio Cass. LXVII, 5.

6 res civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Na-
7 hanarvalos. Apud Nahanarvalos antiquae religionis n) lucus ostenditur. Praesidet sacerdos muliebri ornatu, sed Deos interpretatione Romana Ca-
8 storem Pollucemque memorant. Ea vis numini o), nomen Alcis p). Nulla simulacra, nullum peregrinae

A Probo, usque ad Rhenum cum Burgundionibus progressi, proelio fusi clementerque sunt habiti. Zosim. I, 67. Post hunc nomen Lygiorum prorsus exolevit. Vid. Mannert. T. III. p. 375. Wilhelm. Germ. p. 242. De etym. nomin. vid. Adelung. p. 229. Ritter. in Pronao p. 373. Ligyros et Ligyos eosdem esse putat, quorum nomen jam a Phaside exierit. *Lygiorum nomen* i. q. gens Lygiorum seu Lygii v. Cort. ad Sallust. Catil. 52, 24. Jug. 39, 2. Vechner. Hellenolex. p. 527 sq. passim ap. Livium I, 10. 38. II, 2. Vellejum I, 6. 14. Gesner. Thes. T. III. p. 458.]

n) *Arios — religionis*] *Harios* Codicis Hummel. [Ed. Nor. infra *alii* Cod. Tur., sed corr. in marg. *arii*, et Ed. Kath.] non morantur, si noveris indolem lit. *H.* Ceterum de *Ariis*, *Helveconibus*, *Manimis*, *Elysiis* et *Nahanarvalis* parum constat. Vid. Diss. 19 et 20. de Hermunduris. [*Helvetonas* Ed. Norimb. (Αἰλουαίωνες Ptolem.); *Mannmos* Ed. Norimb. *Lanimos* Cod. Hummel.; *Helisios* Cod. Hummel. Ed. Norimb. *Elisios* Cod. Tur.; *Nahanarvalos* Cod. Tur. Edd. Spir. (sed haec *nahanarvalos apud Naharvalos*) Mon. *Naharvalos* Edd. Kath. Nor. Pat. Vienn. omnesque recc. post Rhenanum. Pro *religionis* Ed. Nor. *regionis*. Quae de sedibus horum populorum a Tacito tantum memoratorum suspicari licet vid. ap. Spener. T. II. p. 112 sq. Wilhelm. Germ. p. 245 sq. — *Lucus antiquae religionis* i. q. cap. 39. *silva auguriis patrum et prisca formidine sacra.* Plin. Epist. VIII, 8. templum dicit *priscum* et *religiosum.*]

o) *Romana — ea vis numini*] [*Romani* primum editum a Rhen. 1519. e conjectura et servatum ab omnibus ante Pichenam.] *Numini* MSC. Hummel. Merito ergo Ernestius, qui in Cod. Norimb. invenerat, in textum recepit pro vulgato: *ejus numinis nomen.* Dicere vult, *Alcis* numen apud Germanos eandem vim vel significationem habere, quam apud Romanos *Castorem et Pollucem.* [*Ejus nominis numen* Cod. Tur. Ed. Kath. De confus. harum vocc. vid. Drakenb. ad Sil. It. XVI, 655.]

p) *Alcis*] Sive ex male intel-

nae superstitionis q) vestigium; ut fratres tamen, ut juvenes venerantur. Ceterum Arii super vires, 9
quibus enumeratos paulo r) ante populos antece- 10
dunt, truces, insitae feritati s) arte ac tempore lenocinantur t); nigra scuta, tincta corpora u); atras 11
ad

lecto Nostratium *Alles*, quo τὸ πᾶν, numen omnia regens, insignirent isti, sive ex *Alci*, quod nostratibus *Elendthier* in Rhenanis terris olim frequenti. v. Schloezeri *Neuer Briefwechsel*. Nolim vero cum Ernest. pro Dativo pluralis habere, cum Nominativus pariter ac Dativus sit in usu. [Nomen hujus numinis, de quo altum silentium apud reliquos scriptores veteres, Anton. in interpret. vernac. p. 186. e lingua Slavonica explicare studet, qua *holcz* i. q. puer, *holczy* i. q. pueri; quam ob causam Ernestius *Alcis* pro Dativo probabiliter habuisse videtur. Quae Timaeus ap. Diodor. Sic. IV, 56. (ibiq. Wess.) de Dioscurorum praecipuo cultu apud Celtas ad Oceanum tradit, vix huc trahi posse puto. Vid. etiam Sprengel. p. 141. Monius T. II. p. 25. huic Tac. narrationi e Germanorum mythologia lucis aliquid se afferre posse negat.]

q) *superstitionis*] Hoc nomine enim Romani omnes alias religiones vocare solebant, cujus rei exempla collegi ad Plin. Ep. X, 97, 8. [*Superstitionem* non acceperim pro religione cum Strombeck. Sprengel. Schlueter. et Diltheja, quum Wolfius ad Cic. Orat. pro dom. p. 251. neget, superstitionem latine dici pro religione, quod haec interpretatio exemplis nitatur falso intellectis. Vid. Gesner. Thes. T. IV. p. 662. diligentior Schellero, Nolten. Lex. T. I. p. 753. Tac. Hist. V, 13. — *gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa.* — Neque tamen abnuerim, interdum apud scriptores serioris aetatis hac notione reperiri.]

r) *paulo*] [*Paulo* Cod. Longol. Ed. Spir. constanter et supr. cap. 30. *paulatim*, quam scripturam cum vett. Grammaticis jure alteri cum duplici *l*, post Collarium Orth. T. I. p. 306. a Longolio defensae, praefert Schneid. Gr. lat. T. I. P. II. p. 412. 464. vid. etiam Periz. ad Sanct. Minerv. I, 104. p. 69.]

s) *truces* — *feritati*] [*Trucis* Cod. Tur. Edd. Kath. aliaeq. ap Passov. *trucis insitae* Spir. *Feritatis* Cod. Hummel.]

t) *lenocinantur*] I. e. augent, ornant, pondus addunt. [Plin. Ep. II, 8. ibiq. interpr.]

u) *tincta corpora*] [Corporum tingendorum mos obtinebat apud gentes barbaras, Thraces Herod. V, 6., Sarmatas et Da-

ad proelia noctes legunt; ipsaque formidine atque umbra feralis v) exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum. Nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur.
12 Trans Lygios Gothones w) regnantur x), paulo

cos Plin. H. N. XXII, 1., Japodes Strab. VII. p. 304. Ed. Basil.]

v) *feralis*] Quae vox multis explicata est ab Hillero *de papilione ferali* ad Ovid. Met. XV, 372 sq. [Vid. Flor. I, 12, 7. de ferali habitu exercitus Fidenatum. Tac. Ann. XIV, 30. acies incolarum insulae Monae describitur.]

w) *Gothones*] [*Gothones* Tacit. h. l., sed *Gotones* Bip. Seebod., ut Ann. II, 62. *Guttones* Pytheas ap. Plin. (qui Bredovio et Passovio diversi a Gothonibus, Mannerto et Wilhelmo iidem sunt) Γύθωνες Ptolem. *Gothi* et *Gotthi* scriptores serioris aetatis, nec raro cum Getis confunduntur, aut pro Sarmatis et Scythis habentur, quamvis originis Germanicae sunt. Pytheas ap. Plin. XXXVII, 2. a Guttonibus accoli aestuarium Oceani (maris Baltici), Mentonomon nomine, tradit, post quem Artemidorus ap. Steph. Byzant. p. 490. Cossinos eos vocat; secundum hos maxime que Ptolem. III, 5. sedes Gothorum, gentis olim potentissimae, non procul a dextra Vistulae ripa in Sarmatiam versus infra Venedos sunt quaerendae, e quibus pars eorum in Scandiam videtur immigrasse. Catualda, nobilis juvenis inter Gothones, Maroboduum regno expellit. Ann. II, 62. A Caracalla tumultuariis proeliis sunt victi Spartian. Caracall. 10., jam ante initium belli Marcomanici in regiones ad Borysthenem et Danastrum posteaque in Daciam egressi, qua devicta, finitimi Romano Imperio sunt facti, quod tempore insequenti incursionibus infestum habebant. Vid. Mannert. T. III. p. 131. Sub Gallieno, occupatis Thraciis, Macedoniam devastarunt, parsque eorum Asiam devastantes templum Dianae Ephesiae incenderunt Trebell. Poll. Gallien 5. 6, Trojamque everterunt Jornand. 7. Quum pulsi victique a Veneriano ac Dexippo Asiae et Europae provincias devastarent Treb. Poll. Gallien. 13, tandem a Claudio Imp. cum sociis in Moesia sunt superati Treb. Poll. Claud. 8. 9. Aurelianus, quanquam cum iis feliciter pugnarat, tamen Daciam desperans contra eos posse retineri, reliquit. Vopisc. Aurelian. 22. 39. Postea a. 375. p. Ch. Attila Ostrogothos, ad Pontum sejunctos Borysthene a Visigothis in Dacia, valentissimos sub Hermanarico rege, sibi subjecit, Visigothos,

paulo jam adductius [y]), quam ceterae [z]) Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem [a]). Protinus [b]) deinde ab Oceano Rugii [c]), et Lemo- 13
vii

devicto eorum rege Athanarico, trans Danubium migrare coegit, in sedes a Valente Imp. in Thracia Moesiaque eis concessas. Ammian Marcell. XXXI, 3. 4. Res Ostrogothorum in Italia, et Visigothorum in Hispania persequi, a consilio meo censeo alienum. Cf. Mannert. T. III. p. 353.; de minoribus populis Gothorum, Gepidis, Taiphalis, Victophalis, Greuthungis p. 365. Wilhelm. Germ. p. 257.]

x) *regnantur*] Sic cap. seq. §. 2. *ministrantur*, cujus in locum Ernestius substituit *ministrant*, ut h. l. *regnant*. [*Regnant* omnes Codd. et Edd. ante Rhenanum, qui correxit *regnantur*. vid. cap. 25. *Rex*, *regnum*, *regnare*, *regius* (ut *dominus* Sueton. Aug. 53. Tac. Ann. II, 87., *dominatio* Sallust. Catil. 6. ibiq. Cort.) vocabula invidiosa et detestabilia (Glossar. Livian. p. 641. ed. A. G. Ern. Liv. XXVII, 19. Heusing. ad Cic. de Offic. III, 21.) post reges exactos de iis usurpantur, qui in libera republica impotenter utuntur potestate, aut quorum dominatio ad tyrannidem et licentiam propius accedit. Cf. German. 25. 37. 44. Hist. I, 16. Passov. ad h. l. *Regnum* est potentia in aliquo genere nimia Cic. Or. pr. Sull. 7. in Ern. Cl. Cic., i. q. tyrannis Tac. Ann. II, 88. Caes. B. G. I, 3. Plin. Paneg. 65. ibiq. Gierig., *regius* i. q. intolerabilis, immodicus Sallust. Jug. 64. Cort. Plin. Paneg. 7.]

x) *adductius*] I. e. minore libertate, severius. Male quidam [Rhen. et plures ante Pichen.] *addictius*. [*Adductius imperitare* Tac. Hist. III, 7. ibiq. Lips., *adductus* i. q. serius Ann. XIV, 4., *adductior* rariori significatione Plin. Ep. I, 16. ibiq. Gier. Formula *adductius regnare* petita est a re equestri et habenis adductis.]

z) *ceterae*] [Ed. Spir. *caeterae*, ut semper, Cod. Tur. *exterae*.]

a) *nondum tamen supra libertatem*] [I. e. salva tamen libertate, vel nondum tamen ita, ut libertas eorum nulla sit.]

b) *protinus*] Ed. Nor. rectius *protenus*. [Utrumque bonum, prius usitatius. v. Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 16. De vv. *quatenus* et *quatinus* vid. Oberlin. ad Tac. Ann. III, 16.]

c) *Rugii*] [*Rugi* Treb. Pollio Paul. Diac. Jornand. Ῥόγοι Procop., Ῥουτίκλειοι Ptolem. II, 11., quorum urbs Ῥούγιον; sedes locat ad oram Pomeraniae a Viadro usque ad Vistulam, alii ad dextram Viadri ripam Oceanumque, et Lemoviorum ad ostia Vistulae; nomenque hodie superest in insula *Rugia*, *Rügenwalde* etc.

vii [d]): omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, et erga reges obsequium.

Caput XLIV.

De Suionibus, eorum navibus, moribus institutisque.

1 Suionum [a]) hinc civitates, ipsae in Oceano [b]), prae-

In exercitu Attilae memorantur, post cujus mortem regiones ad Danubium in Austria et Pannonia superiori, ab ipsis *Rugiland* vocatas, occupaverunt. Non multo post ab Odoacro sunt victi, regnumque eorum deletum. Mannert. T. III. p. 337. Wilhelm. Germ. p. 264.]

d) *Lemovii*] Quos in Pomerania ulteriori collocat multis de causis Micraelius Pomeran. antiq. I, 55. [*Lemonii* Cod. Tur. Edd. Kath. Nor., qui quum a Tacito solo memorentur, de sedibus eorum nil certi decerni licet. Vid. Wilh. l. l.]

a) *Suionum*] [A cap. 44—46. descriptio sequitur regionum septentrionalium Europae, in qua, si comparationem cum Plinio et Ptolemaeo feceris, multa desiderabis, cum id potius Noster propositum haberet, ut e moribus, institutis omnique vivendi ratione istorum populorum capita praecipua enarraret, quam accuratam terrarum descriptionem exhiberet. Quod si quis, quam hujus partis Europae notitiam veteres habuerint, penitus cognoscere velit, eum amandamus ad Geographos, maxime Mannert. T. III. p. 320 sq. Wilhelm. German. p. 317 sq.; leviter rem perstrinxit attigitque Dilthejus ad h. l. — *Suiones* sunt Sueci, postea *Sueones* (vid. Eginhart. Vit. Car. M. cp. 12.) vocati, quod nomen, conspicuum in *Sviar* — *Svithiod* — *Svethans* — *Sveonland*, adhuc servatum est, vid. Barth. Hist. Germ. T. II. p. 109. Sprengel. interpr. vernac. p. 144, qui tamen in eo, quod Suionum stirpem Finnicam, non Germanicam esse dicit, egregie fallitur.]

b) *ipsae in Oceano*] [Codd. Arund. Hummel. Edd. Spir. Put.

praeter viros armaque classibus valent. Forma na- 2
vium eo differt, quod utrimque prora c) paratam
semper appulsui frontem agit; nec velis ministran-
tur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt d).
Solutum, ut in quibusdam fluminum, et mutabile, 3
ut res poscit, hinc vel illinc e) remigium. Est 4
apud illos et opibus honos f); eoque unus imperi-
tat, nullis jam exceptionibus, non precario g) jure
paren-

Mon. *ipse* Cod. Tur. Edd. Nor. Vienn. *ipso*, a Longol. in textum admissum, est sphalma operarum, quod in Ed. Rhenani irrepsit, quum is in Castigationibus legi malit *sitae in Oceano. In Oceanum* Ed. Nor.]

c) *utrimque prora*] Vid. Ernestius de navibus διπρώροις et διπρύμνοις in Comment. Soc. Scient. Gotting. Tom. I. Ed. Rhagii *utrumque* ferre nequit. Liv. XXIV, 14, 11. [*Utrinque* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Passov., qui tamen p. 6. vulgarem scripturam *utrimque* approbavit, quam bene defendit Nolten. Lex. T. I. p. 14., et alteri praefert Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 312. *Naves biprorae* ap. Hygin. Fab. 168. Naves simili fere modo constructae a Germanico Tac. Ann. II, 6., a barbaris ad Pontum Hist. III, 47., a Venetis Caes. B. G. III, 13., quae facilius vada excipere et fluctus tempestatesque tolerare possunt.]

d) *ministrantur — adjungunt*] Hyperbaton. Hinc non est, quod cum Lipsio [omnibusque fere recentioribus] *ministrant* substituas. Columell. XII, 1, 6. Sic cap. 43, 12. *regnantur*, etsi minus arridet Ernestio. [*Nec* ante *remos* omisit Ed. Mon. Virgilium imitatur Aen. VI, 302. *Ipse ratem conto subigit, velisque* (Ablativ.) *ministrat.* X, 218. Broukh. ad Propert. III, 14, 15. Vid. not. in Ed. Oberl. et Passov.]

e) *hinc vel illinc*] More Plauti, Ciceronis, Livii, Terentii; nec tamen susque deque habenda, ex observatione Ernestii, lectio Ed. Nor. *hinc vel hinc*, ut Virg. Aen. I, 504. [Passov. comparat Graecorum ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Adde Fisch. ad Weller. III, b. 75. De usu utriusque formulae ap. Latinos sufficit laudasse Tursellin. de partic. p. 280., illius Flor. IV, 2, 44. ibiq. not.]

f) *opibus honos*] [Contra quam apud ceteros Germanos vid. cap. 5, 5.]

g) *exceptionibus — precario*] [*Exceptiones* i. q. conditiones, quibus circumscripta est regia potestas. Vd. Flor. II, 18, 12. Duk.] *Prec.* i. q. precibus conceditur v. Liv. III, 47, 2. Senec. de Tran-

5 parendi h). Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo i), sed clausa sub custode, et quidem servo: quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosa porro armatorum manus, facile lasci-
6 viunt. k). Enimvero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem l), armis praeponere, regia utilitas est.

quill. 2, 1. [*Precarium imperium* Tac. Hist. I, 52., *precario praeesse* Agric. 16. vid. Gesner. Thes. s. v.]

h) *jure parendi*] [Gerundium significatione passiva, qua saepius a Latinis usurpatur, est accipiendum, ad quam bene illustrandam Passovius multos excitavit testes; quibus addo: Vellej. II, 15. ibiq. Ruhnken. Suet. Galb. 8. Wolf. Cic. Tusc. Disp. I, 28. Reitz. de Ambig. etc. p. 245. Ruddimann. Instit. P. II. p. 254. ibiq. Stallbaum.]

i) *in promiscuo*] Plane ad modum Plinii Hist. Nat. XXXIII, 1. *in promiscuo aliquid habere.* [Liv. XL, 51.] Ed. Rhagii [Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn.] *neque promiscuo* non videtur cum armis cohaerere. [Una Ed. Norimb. *in promiscuo*, ex qua in Rhen. et reco. Edd. fluxit.] Nam si *nulla arma* habuerint, multo minus opus est dicere, se illa non habuisse *in promiscuo*.

k) *Oceanus, otiosa porro armatorum manus, facile lasciviunt*] [Punctum post *Oceanus* in omnibus Edd. cum commate commutarunt Bip. Reliqua verba leguntur in Cod. Tur. Edd. vett. Spir. (*ociosa*) Kath. et ap. Passov., ut dedi, sed in Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Ald. sine interpunctione. Lipsius primus locum sic emendavit: *otiosae porro armatorum manus facile lasciviunt*, quod cum multis recentiorum Longol. temere receperat, quanquam lectio in textu exhibita, judice Passovio, ut abruptior et vehementior, ita aptior est loco, quo haud dubie Praetorianorum lasciviam et violentiam notaverat Noster. — Quam facile milites per otium lasciviant, et quam perniciosa disciplinae militari res sit otium, vid. ap. Tac. Agric. 16. Vellej. Pat. II, 78. Senec. Ep. 56. Freinsh. ad Curt. VII, 1. VIII, 9.]

l) *ingenuum, ne libertinum quidem*] [*Ingenium* Ed. Put. *Nec libertinum quidem* Ed. Monac. vd. supr. ad cap. 7.]

Caput XLV.

Caput XLV.

De mari pigro, Aestuis, Matre Deûm, succino, et Sitonibus.

Trans Suionas aliud mare, pigrum [a]) ac prope 1
immotum; quo cingi cludique [b]) terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis [c]) jam solis fulgor in ortus [d]) edurat [e]), adeo clarus, ut sidera hebetet.

a) *aliud mare pigrum*] Ita dicitur mare, quia ex glacie grave et immobile. Noster Agric. 10. *mare pigrum et grave.* Martial. III, 67, 2. *Eridano pigriores.* [Solin. Polyh. 22. *Ultra Thylen pigrum et concretum mare.* Ovid. ex Pont. IV, 10, 61. *palus pigra*, ut Lucan. II, 641. IV, 119. V, 435. Plin. H. N. XXXI, 3. *aquae pigrae.* Arntzen. ad Plin. Pan. 30.] Opponitur *agiliori.* Plin. Ep. IV, 30; 9. *Rivus pigrior — agilior.* Nec tamen est *mare glaciale* nostratium, sed vulgo dictum *die Ostsee*, quod docuit Schloezer. Hist. Univ. Septentr. p. 139. [Alia nomina hujus Oceani extant ap. Plin. IV, 13.: *Oceanus septentrionalis*, *Amalchius*, *Morimarusa*, *Cronius*, *Mare Cronium*, (Κρόνιος Πόντος et νεκρὴ θάλασσα in Orph. Argon. v. 1081 sq. ibiq. Schneid.), XXXVII, 2. *Mare concretum*, Juven. Sat. II, 1. *Glacialis Oceanus.* Vid. Wilh. Germ. p. 336.]

b) *cludique*] [Edd. Nor. Rhenan. recc. *claudique* Cod. Tur., ut infr. h. c., Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn., at hae infra *cluduntur.*] Promiscue ab optimo quoque scriptore usurpantur. [Tu vid. not. ad cap. 34.]

c) *extremus cadentis*] [*Extranius catientis* Ed. Nor.] *Cadentis* i. e. occidentis, imo non amplius lucentis, ut de astris apud Broukhous. ad Propert. I, 16, 23. pluribus. Virg. Aen. VIII, 59. Flor. II, 17, 12. [Duk.] Mamert. Paneg. Maxim. 2, 1. Igitur *extremum radens* [et *adeo clare*], quod, praeeunte Vossio ad Mel. III, 3, 35., laudavit Schoening. Hist. Univers. Septentr. l. c., a Schloezero jure est rejectum. [Vid. Ernest. ad h. l.]

d) *in ortus*] Kirchmaier. [praeeunte Pichena] malit *in ortum.* [*Ortus* i. q. initia dierum sive ortus diurni. Bip.]

e) *edurat*] De re vid. Mela III, 6. extr. Solin. Polyh. cap. 29. [Plin. H. N. II, 75. c. not. Harduin. *Sic fit, ut vario lucis incremento, in Meroe longissimus dies XII. horas aequinoctiales, et octo partes unius horae colligat: Alexandriae vero XIV. horas: in Italia XV: in Britannia XVII., ubi aestate lucidae*

2 betet. Sonum insuper audiri [f]), formas Deorum [g]) et

noctes haud dubie repromittunt id, quod cogit ratio credi; solstitii diebus, accedente sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu, subjecta terrae continuos dies habere senis mensibus, noctesque e diverso ad brumam remoto. Quod fieri in insula Thule, Pytheas Massiliensis scripsit: — quidam vero et in Mona. — Et IV, 16. de Thule c. not. Harduini. Tac. Agric. 12. de Britannia. *Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram, et nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere, sed transire affirmant. Scilicet extrema et plana terrarum, humili umbra, non erigunt tenebras, infraque coelum et sidera nox cadit.* Vid Dilthej. ad h. l. et quae de locis disputavit modo laudatis.]

f) *sidera hebetet. Sonum insuper audiri*] [*Sidere* Ed. Mon. *habet* Edd. Put. Vienn. *Sonum insuper audiri* est lectio optt. libror. Cod. Tur. Edd. Spir. Bonon. Kath. Rhag. aliarumque ap. Passov. *Sonum insuper emergentis audiri* Cod. Hummel. Edd. Nor. Roman. Rhenan. Gronov. et recentiores pleraeque, etiam Longolii; Lipsius pro *emergentis* conjecit *se mergentis*, Colerus *immergentis*, sed ut glossa jure ejectum a Passov. Opinio erat veterum, Epicureorum imprimis, solem sideraque occidentia stridere ad instar ferri candentis aqua tincti. Vid. Wagner. ad Valer. Flacc. II, 36. Juven. XIV, 280. Stat. Silv. II, 7, 27. Posidon. ap. Strab. III. p. 138. Ad Taciti verba e phaenomenis regionum borealium illustranda faciunt, quae leguntur in Schloezer. Hist. Univ. Septentr. p. 139. Wilh. Germ. p. 344.]

g) *formas Deorum*] [*Formas* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeque ap. Passov., *formasque* Edd. Nor. Rhen. recentt. Longol.] Loco *formasque* substituunt *formaeque* Lipsius, suffragante Heinsio, et Schefferus. *Deorum* in *decorum* mutari suadet Heinsius, item Scheffer., in *equorum* T. Faber [et V. D. in Eph. lit. Jen. 1818. Aug. Braun. de relig. Germ. priscor. Mogunt. 1819. p. 54. ad Walkyras, si *equorum* emendetur, h. l. referri posse suspicatur. Non male; quanquam vulgatam mutari nolim, etiam ob *radios capitis*. Vid. Ovid. Met. II, 41. Freinsh. ad Flor. IV, 2, 91. Emmerling. Comment. in Tac. p. 30. male de Phoebo totum loc. accipit.] At salvus est textus. *Formae* enim *Deorum* sunt astra, seu corpora coelestia, quae pro Diis habebantur, plane ut apud Nasonem Met. I, 73., ubi Heinsius videndus. [Vix recte; *formae Deorum* apud Ovid. sunt

et radios capitis aspici, persuasio [h]) adjicit. Illuc 3
usque, et fama vera [i]), tantum natura. Ergo jam dextro Suevici maris litore [k]) Aestuorum [l]) gentes alluun-

Dii, cujus periphraseos exempla afferunt Drakenb. ad Sil. Ital. XV, 86. Vechner. Hellenolex. p. 518 et 520. Sed longum est, alias VV. DD. conjecturas de h. l. proferre, exhibitas in Ed. Oberlin., quarum cum nulla ex omni parte mihi faciat satis, ampliandum esse censeo.]

h) *persuasio*] I. e. opinio constans vel unius, vel plurium de aliqua re. Duker. ad Flor. IV, 7, 15. [nec nostri loci immemor. Sueton. Caes. 88. Tac. Hist. V, 5. 13.]

i) *et fama vera*] Is. Vossius ad Melam III, 3, 35. legit c. Cod. *ut fama, non tamen natura*, approbante Schoeningio, a quo vero recte dissentit Schloez. l. l. [Locus, si quis alius, sanus, Lipsio judice, conjecturis, quas omnes enumerare piget, frustra tentatus est: vid. Passov. et Oberlin. Bipont. *Illuc usque it fama: vera tantum natura.* Seebod. c. Bredov. *Illuc usque, ut fama, vera tantum natura.* V. D. in Eph. lit. Jen. 1818. Aug. *Illuc usque, ut fama, rerum tantum natura.* Ib. Nov. *Illuc usque et fama vera, et tantum natura.* Bene Lipsius loc. exponit: » Loquitur ut Physicus, sed illius aevi: qui censebant Oceanum finem rerum, neque ultra Naturam (hanc inferam) esse. « Tac. Agricol. 33. Britannia *terrarum ac naturae finis* dicitur. Avitus in Senec. Suasor. 1. *Ita est rerum natura et post omnia Oceanus, post Oceanum nihil.* Curt. IX, 1. *Oceanus Indicus finis terrarum*, 4. *finis mundi* vocatur, 9. c. not. Freinsh. Alexander de eodem: *ne naturam quidem longius posse procedere.*]

k) *dextro Suevici maris litore*] I. e. mari Baltico, quod nos *die Ostsee* nominamus. [*Dextero* Ed. Vienn. *Saevici* Ed. Nor. *Littore* Ed. Spir. cf. Schneider. Gr. lat. T. I. P. II. p. 446.]

l) *Aestuorum*] I. e. *Esten* ex *Osten*, oriente; [*Aestui* gentes orientem versus habitantes.] Nam etsi hodie succinum in Esthonia non invenitur, inde tamen non sequitur, ut olim quoque ibi nullum inventum fuerit. Deinde probe notandum est, nomina, vel regionum, vel populorum, modo majori, modo minori tractui terrarum imponi. [*Aestyorum* reposuerat Rhenanus haud dubie ex Ed. Nor. pro *Estuorum*, quae vera lectio, modo scribas *Aestuorum*, e vitiosis scripturis Edd. Spir. Put. *esluorum* (nam illa pro *ae* saepius repraesentat *e*, ut *precipuus* — *questus* — *Cepio*) et *Esfluorum* Cod. Tur. facile restitui potest; praeterea eam commendavit etiam Schneider. Gr. lat. T. I. P. I. p. 46. Rhenano recc. fere

alluuntur, quibus ritus habitusque Suevorum, lingua
4 Britannicae propior m). Matrem Deûm n) venerantur. Insigne superstitionis, formas aprorum o) gestant.

omnes paruerunt. *Efflorum* Ed. Vienn. *Eflorum* Ed. Mon., unde non male *Aestorum* effingi possit. Forsitan Tacitus nomen non per *Ae*, sed *E* expresserit. *Aestiorum* cum Spenero, Cellario et Broterio Seebodius, nescio e cujus emendatione profectum. *Haesti* dicuntur Cassiod. Epist. V, 2., *Aestri* Jornand. Goth. 20., *Aisti* Eginhart. Vit. Carol. M. 12., *Estones* et *Estia* apud Saxon. Gramm. memorantur. Qui ap. Strab. I. p. 63. laudantur Ὠστίαιοι, ap. Steph. Byz. Ὠστίωνες, a Pythea Massiliensi inventi, pro Aestuis habendos esse contra Mannert. T. III. p. 306., in cujus sententiam etiam inclinat Wilhelm. German. p. 345., negat Diltheyus; Spenero T. I. p. 154. sunt *Istaevones*, de quibus vid. supra cap. 2. p. 12.]

m) *lingua — propior*] Vit. Agric. cap. 11. [Vid. Arndt. de orig. et cognat. ling. Europ. p. 319. *britanice* Cod. Tur. *Britanicae* Edd. Put. Mon. *Brittanicae*. Ed. Norimb. Tacitus aliique scriptores Romani constanter fere *Britannia* (*Brittannia* Ann. XIV, 29. in Ed. Oberlin. vitio operarum legitur), vid. Cellar. Geogr. Vol. I. p. 321. *Proprior* Ed. Put.]

n) *Matrem Deûm*] I. e. Cybelen. Sed Edd. Rhagiana [Put. Mon.] *Matrem Deam*, i. e. terram, quod fortasse melius. [Minime. *Martem* Ed. Vienn. Sunt, qui cultum hujus Matris Deûm, nomine *Siebae* a Wendis cultae, cumque *Frigga* Scandinaviorum, *Foseta* Cimbrorum, *Hertha* Suevorum comparandae, a Venetis litus maris Baltici accolentibus ad Aestuos perlatum esse suspicentur, quam ob nominis similitudinem cum Cybele Noster confuderit. Vid. Wilhelm. Germ. p. 345. Conjectura, ut opinor, audacior, quam cui possit subscribi. Monius T. I. p. 66. et T. II. p. 26. Deam *Emmajoekki* fuisse putat.]

o) *formas aprorum*] Vid. Keisler. Antiqq. sept. p. 15 sq. [*Formae aprorum*, quod recte contra Passovium monuit jam Diltheyus, non sunt signa, quae in similitudinem ferarum confecta, lucisque deprompta in pugnas feruntur vid. cap. 7., sed *Amuleta* (*Talismanes*) e ligno, vel e metallo, vel e quavis alia materia, quibus vim quaevis mala arcendi inesse, vulgi superstitio est: memoratuque dignum, Amuleta in formas aprorum efficta, pro ornamentis insculpta esse simulacris Deorum Wendorum, in agro Megalopolitano, exeunte saec. XVII., effossis; vid. Wilhelm., Germ. p. 346.; quae tamen num pro germanis sint habenda, adhuc

stant. Id pro armis omniumque tutela, securum Deae cultorem etiam inter hostes praestat p). Ra- 5
rus ferri, frequens fustium usus. Frumenta cete- rosque fructus patientius, quam pro solita Germa- norum inertia, laborant q). Sed et mare scrutan- 6
tur, ac soli omnium succinum, quod ipsi r) Gle- sum

in dubium vocatur. Vid. Rehm. Hist. med. aevi T. II. p. 481. Aper quibusdam gentibus erat symbolum fertilitatis vd. Hagen. de Irmin. p. 49., fortitudinis Oberlin. ad Caes. B. G. I, 3., qui ibid. annotat, Romanos aprum in vexillis habuisse, vid. etiam Wagner. ad Valer. Flacc. VI, 90.]

p) *omniumque tutela, securum Deae — praestat*] Lectio Rhagii [et vett. Edd. Spir. Kath. etc. omniumque fere recc. vid. Passov.] *omniumque* se bene tuebitur, si interpreteris quasi *tutelaque omnium*. Per me tamen locum habeat emendatio Lipsii, cui suffragatur Ernestius, *omnique*, [quod in Cod. Turic. est.] Facile enim ex contracta scriptura, quae in Rhagiana *oīmque*, illud punctum supra impositum sive potius linea ita potuit poni *omīque*. [Ratio, qua Passovius lectionem *omnium* defendit, nimirum quod haec signa universarum cohortium, non singulorum militum essent, ob ea, quae in nota antecedente observavi, locum habere nequit. *Dei* Ed. Vienn. *hostis* Edd. Nor. Vienn. De Accusativi plur. forma in *is* cf. Ruddimann. Instit. Gr. lat. P. I. p. 101. ibiq. laudat. Schneider. Gr. lat. T. II. P. I. p. 269. adde Cort. ad Sall. Cat. 44.]

q) *frumenta — laborant*] [Insolentius dictum, e. i. q. frumentis frugibusque colendis operam dant. *Frumenta fructusque* hic conjunguntur, ut alibi *fruges fructusque*. Cic. de Off. II, 3. ibiq. Heusing. Wyttenb. ad Cic. Nat. D. II, 14. p. 746. in Ed. Creuzer. Duker. de Latin. vett. Jurisc. p. 311. Ed. Traj. De inertia Germanorum cf. supra cap. 14.]

r) *succinum, quod ipsi*] [*Ipse* Ed. Vienn. A Graecis vocatur ἤλεκτρον, cujus notio primitiva est mixtura ex auro argentoque conflata, ad succinum ob splendorem postea translata, docente Passov. in egregio Lex. graec. s. v.; a Latinis *electrum*, *succinum*, quoniam succum arboris esse veteres credidere, auctoribus Tacito et Plin. H. N. XXXVII, 2.; a Germanis *Glesum*, *Glessum* Plin. l. l., non *Glaesum* cum Salmas. ad Solin. Polyhist. p. 165. b. (234. p. m.) vid. Passov., derivandum a *Glas — Glast — Glanz* v. Radlof. de reb. Celtic. p. 322., hodie *Bernstein — Agtstein* vid. Kirchmaier. ad h. l. Succinum, quod

sum vocant, inter vada atque in ipso litore legunt.
7 Nec, quae natura, quaeve ratio gignit s), ut barbaris,

ad oram Pomeraniae, Curoniae, maxime tamen Borussiae, inter vada atque in ipso litore, si fluctibus ejiciatur, legitur, aut e terra effoditur, jam Phoenicibus cognitum erat, qui navibus illuc advecti (quod dubitari non posse videtur, si audias Heeren. Ideat. T. I. P. II. de Phoenicc.) id peterent, et hinc in Graeciae et Asiae oras importarent: posteaque Romanos quoque in deliciis id habuisse, satis constat. Si quis fabulas veterum de patria succini, de ejus natura, de Glessariis, Electridibus, Eridano, Pado, accuratius cognoscere velit, is adeat Plin. H. N. XXXVII, 2. (add. IV, 13. 15.), qui, sententiam suam rectiorem interponens, cum Tacito mirum quantum consentit, simulque narrat, per Pannoniam ex litore Germaniae, ubi legatur, ad Romanos afferri, a quibus, quum, luxuria crescente, in majori pretio haberetur, ornamenta varii generis, ut monilia, armillae Juven. Sat. VI, 553. IX, 50., phialae V, 38., columnae domorum Claudian. Rapt. Proserp. I, 164. e succino conficiebantur: quin etiam retia arcendis feris in munere gladiatorio, a Nerone edito, erant nodata succino, arma, libitina, totusque apparatus unius diei erant e succino Plin. l. l., a quo gleba 13 librarum Romam allata fuisse narratur ib. De historia succini cf. Salmas. ad Solin. T. I. p. 234. Schloez. Hist. Univ. Septentr. p. 8. 22. 34. 122. Gesner. de Electro in Comment. Soc. Scient. Gott. T. III. p. 67 sq. I. H. Voss. notit. orb. antiq. in Eph. lit. Jen. 1804. T. II. p. XXXII. Phil. Jac. Hartmanni succincta succini Prussici historia. Berol. 1699. 8.]

s) *nec gignit*] [*Gignit* est lectio Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. Mon. Vienn., quae mihi, quanquam haec insolentior constructio repugnare videatur indoli ling. lat., tamen hic probatur: *gignat* Ed. Nor. Rhen. omnesque recc., etiam Longol. Passovius, cui in nota *gignit* verius videtur. Frequens enim est Indicativi ad interrogativa indefinite posita usus, quem exemplis aliquot illustrabimus. Cic. de Off. I, 7. — *tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta.* De N. D. II, 7. — *animum denique illum spirabilem si quis quaerat unde habemus, apparet.* Tusc. Disp. III, 5. *Graeci autem* μανίαν *unde appellant, non facile dixerim.* Quum de hac construendi ratione VV. DD. in contrarias partes discedant, sufficiat, qui penitus in eam inquisiverunt, laudasse Ruddimann. Instit. Gramm. lat. P. II. p. 347 sq. Wopkens. Lect. Tull. p. 144. Heusing. Gernhard. et Beier. ad Offic. I, 7. 26. II, 5. 7. Goe-

baris, quaesitum compertumve; diu quin etiam inter cetera ejectamenta [t]) maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen [u]): ipsis in nullo usu, rude legitur, informe perfertur [v]), pretiumque mirantes

renz. ad Acad. II, 15. de Fin. IV, 24. V, 9. Ochsner. in Olivet. Eclog. Cicer. Ed. II. Hottinger. p. 23. Creuz. ad Cic. de N. D. I, 41. II, 7. Bremius ad Cic. Or. pr. Flacc. 6. in Symb. philol. ex Helvetia T. I. p. 184. Locum Cic. N. D. II, 14., in quo contra Moserum tueor *gignit*, nollem Passovius huc traxisset, qui potius ad orationem obliquam pertineat, in qua, quae mediae interponuntur enuntiationes, a voluntate loquentis, ut modo per Indicativum, modo per Conjunctivum efferantur, pendere possunt. Cf. Walch. Emendatt. Livian. p. 190 sq. Tacitum in iis membris interponendis, quae non ex animo loquentis pendeant, sed rem in facto positam exprimant, usurpare Indicativum, licet elegantior latinitas requirat Conjunctivum, multis exemplis illustrat G. H. Walther. in Observv. in Tacit. p. 6. *Nec* h. l. *sed non*. Vid. Passov. Heusing. ad Corn. Nep. Ages. 1. Cic. Top. 2. Virg. Georg. II, 95. Pro *quaeve ratio* Ed. Nor. *quae vero ratio*. Simili genere dicendi usus est Noster Agricol. 11. *Ceterum, Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros, parum compertum.*]

t) *diu quin etiam inter cetera ejectamenta*] [Post *diu* incidunt Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeque ap. Pass.] Appuleji Apolog. p. 297. Apud Plin. l. c. dicuntur *purgamenta*. [Curt. VIII, 9. gemmas margaritasque dicit *purgamenta aestuantis freti.*] Ceterum ad hunc Taciti locum de succino provocat Cassiodor. Ep. V, 2. p. 263. [*Hoc succinum, quodam Cornelio scribente, legitur in interioribus insulis Oceani, ex arboris succo defluens, unde et succinum dicitur, paulatim solis ardore coalescens.*]

u) *donec — dedit nomen*] [De constructione hujus loci vid. Walch. Emend. Livian. p. 81., qui, laudato Wopkens. in Lectt. Tullian. p. 217., similia exempla e variis scriptoribus collegit, monens simul, *dare*, *tradere* etc. absolute poni. Sallust. Catil. 11. *Huic quia bonae artes desunt, dolis atque fallaciis contendit.* Liv. XLII, 12. *Eo rem prope adductam, ut aditus et in Achajam* (Perseo) *daretur.* H. l. post *dedit* supple *ei*. *Nomen dedit* i. e. famam ei conciliavit, ut in pretio haberetur. Plin. H. N. IX, 35. extr. *Conchylia et purpuras omnis hora atterit, quibus eadem mater luxuria paria paene etiam margaritis pretia fecit.*]

v) *ipsis — perfertur*] [Post

8 rantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas, quia terrena quaedam, atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quae implicata humore, mox, durescente materia, cluduntur [w]).
9 Fecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi tura balsamaque sudantur [x]), ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quae vicini solis radiis expressa atque liquentia [y]) in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa litora exundant.
10 Si naturam succini admoto igne tentes [z]), in modum taedae [a]) accenditur, alitque

voc. *usu* Ern. Longol. Bip. Seebod. plenius distinxerunt, Cod. Tur. virgulam habet, quam omiserunt Edd. Spir. Kath., quae etiam *ullo* pro *nullo* exhibent. *Profertur* Ed. Nor. Cod. Groslot.]

w) *succum — cluduntur*] [*Implicita* Ed. Longol. *Facundiora* Ed. Mon. Plin. H. N. XXXVII, 2. *Liquidum primo destillare, argumento sunt quaedam intus translucentia, ut formicae, aut culices lacertaeque, quas adhaesisse musteo non est dubium, et inclusas indurescenti.* Cf. Martial. Epigr. IV, 32., de api electro inclusa, 59. de vipera, VI, 15. de formica. Hodie particulas succini, quibus animalcula sunt inclusa, circumferri, neminem fugiet; sed non raro fraudem subesse, atque arte succini particulis ista inseri, monuit Hartmann. l. l.]

x) *fecundiora — sudantur*] [*Ergo* Ed. Nor. pro *igitur*. *Thura* Cod. Tur. et mult. Edd. *tura* Edd. Spir. Kath. Nor. vid. Cellar. Orthogr. T. I. p. 376. Ed. Harl. Schneid. Gr. lat. T. I. P. I. p. 200. *Tura* in regione Sabaeorum maxime proveniebant Plin. H. N. XII, 13. Salmas. Exerc. Plin. T. I. p. 496. Virg. Georg. I, 57. II, 115 sq., *balsama*, praeter Judaeam, etiam in Arabia cf. Voss. ad Virg. Georg. II, 118. p. 309. Salmas. Exerc. Plin. T. I. p. 579 sq.]

y) *vicini solis radiis expressa atque liquentia*] [*Liquantia* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Put. E sententia antiquissimorum philosophorum, Anaximandri praecipue et Anaximenis, haec dicta esse, monuit Passovius.]

z) *naturam succini — tentes*] [*Succin admoto* Ed. Spir. In Ind. Ed. Oberlin. *natura succini* accipitur pro succino ipso. Quanquam Latinis, poetis praecipue, tales substantivi nominis periphrases frequentantur (vid. Vechner. Hellenol. p. 516. supr. hoc cap. not. g.), etiam *natura* periphrasi

que flammam pinguem et olentem; mox ut in picem resinamve [b]) lentescit. Suionibus Sitonum gen- 11
tes continuantur [c]). Cetera similes, uno differunt,
quod femina [d]) dominatur: in tantum [e]) non modo 12
a li-

inservit (vd. Creuz. ad Cic. N. D. II, 64. p. 436. et Wyttenb. p. 745. Liv. XXVIII, 27. Gesner. in Thes. s. v., ut φύσις Graec. vid. Hermann. ad Soph. Trachin. v. 1051.); hoc tamen loco *naturam* de substantia, qualitate succini intellexerim. *Igne* Cod. Tur. Ed. Kath. et reliquae fere omnes, *igni* Passov. ex Edd. Nor. Vienn. ut exquisitius recepit, quod frequentatur scriptoribus aureae aetatis, vid. Bentlej. ad Horat. Sat. I, 5, 72. Ep. I, 17, 30. Oudendorp. ad Lucan. II, 445. Apud Tacitum neutrum praetulerim.]

a) *taedae*] [*Tedae* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Broter. Longol. Cf. Grotef. Gr. lat. T. II. §. 168. Mox *et* ante *olentem* omisit Ed. Mon.]

b) *resinamve*] [Cod. Tur. Ed. Mon. *resinamque*. Ed. Spir. *rascinamque*. Ed. Kath. *rasinamque*. Ed. Vienn. *restinamque*. Edd. Nor. Rhen. recc. *resinamve*. De vocc. *ve* et *que* confusis vid. supr. cap. 42. p. 186. J. M. Heusinger. Emendatt. p. 18. A Virgilio promiscue usurpata esse, monuit Voss. ad Virg. Georg. I, 442. p. 183.]

c) *Sitonum — continuantur*] De his vid. Hist. Univ. T. XXXI. p. 131. sq. [*Suionas* et *Sitonas* nomina esse ejusdem populi, non eidem imperio subjecti, Mannerti est suspicio T. III. p. 321. Sitones ulterius septentrionem Scandinaviae versus habitabant Spener. Notit. T. II. p. 179, secundum Uphagen. Parerg. histor. Queenlandiam in parte Scandinaviae in orientem spectante cf. Schloezer. Histor. Univ. Septentr. p. 131. Suionum nomen a Suevorum non multum differre videtur Monio T. II. p. 240. *Continuant* Ed. Vienn.]

d) *femina*] Hinc Cic. Parad. V, 2. *An ille mihi liber, cui mulier imperat?* [Vid. Tac. Agric. 2. extr. Vellej. II, 83. — *infra servos cliens.*]

e) *in tantum*] [De formulis *in quantum — in tantum* (εἰς ὅσον — εἰς τόσον) vid. Schulz. ad Tac. Dial. de corr. eloq. cap. 2. Ruhnk. ad Vellej. Pat. I, 9. Burmann. ad I, 13. II, 53. Vechner. Hellenol. p. 544 sq. Nolten. Lex. antibarb. T. I. p. 1554. Sententiam loci bene interpretatus est Pichena: »Degenerant a libertate, quia ceteri Germani fere omnes liberi, hi servi. Degenerant a servitute, quia servientes populi, regibus, ideoque hominibus, servire solent, hi feminis.«]

a libertate, sed etiam a servitute degenerant. Hic Sueviae fines [f]).

CAPUT XLVI.

De Peucinis sive Bastarnis, Venetis et Fennis; deque Hellusiis et Oxionibus jam fabulosis.

1 Peucinorum [a]), Venetorumque [b]), et Fennorum [c]) natio-

f) *hic Sueviae fines*] [Haec verba in Ed. Spir. initium faciunt capitis sequentis: bene, si comparaveris initium cap. 35 et 41. *Fines* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor. Rom. Passov. *Finis* Cod. Hummel. Edd. Put. Mon. Vienn. Rhen. Longol. et recentt.]

a) *Peucinorum*] [*Peucini* (Πευκῖνοι Ptolem. Πεῦκαι Zosim. *Peuceni* Jornand. *Paucinos* infra Edd. Nor. Put. Vienn.), inde ab occupata insula *Peuce* circa ostia Istri vocati secundum Strab. VII. p. 306., et *Bastarnae* (Βαστάρναι Ptolem. Strab. Plut. Βαστέρναι Appian. *Basternae* Plin. *Baternae* Val. Flacc. VI, 96.), passim conjuncte aut promiscue laudati, sunt nomina ejusdem gentis, cujus pars potior erant Bastarnae. Licet de eorum origine inter veteres jam magna dissensio sit, quorum Plin. H. N. IV, 28. parti quintae Germanorum eos annumerat, Strabo l. l. inter Germanos, Ptolem. III, 10. in descript. Sarmatiae et Dio Cass. LI, 23. inter Scythas, Appian. de reb. Mac. IX, 1. inter Getas, Polyb. XXVI, 9. Liv. XL, 47. et Plutarch. Aemil. Paul. 9. inter Gallos referunt Bastarnas; tamen, nostra sententia, originis quidem Germanicae (suffragante Mannert. T. III. p. 394), sed postea e patria in novas sedes ad Danubium egressi, Sarmatis aliisque advenis gentium conterminarum mixti fuisse videntur. Sedes Bastarnarum late diffusae a fonte Vistulae trans Carpatarum jugum usque ad Pontum Euxinum ostiaque Istri patebant. Gens erat insignis bellandi cupiditate, fortitudine et ferocitate, quae cum populis finitimis, praecipue cum Romanis saepius armis decertavit, quibus, quum ad opem fe-

nationes Germanis, an Sarmatis, ascribam, dubito;

rendam Philippo, Macedoniae, regi contra Dardanos et Romanos profecti essent 179. a. Ch. n., e populis Germanis primi in notitiam venerunt; sed, morte regis inopina totius belli consilio turbato, pars, duce Clondico, in Dardaniam penetravit, pars transdanubianam regionem repetiit. Liv. XL, 57 — 58. Dardani, auxilia a Romanis petita dum frustra exspectant, Bastarnas aggressi, victi sunt Liv. XLI, 19., qui non multo post a Perseo arcersiti contra Romanos, quum pactam mercedem eis denegaret, indignantes ad Istrum, perpopulati Thraciam, redierunt. Liv. XLIV, 26 — 27.; regique avaritia intempestiva exitio fuit Plut. Aemil. Paul. 12., a quo habitus moresque eorum egregie depicti originem Germanicam probant. Mithridati contra Romanos auxiliati sunt. Appian. Mithridat. 15. 16. Justin. XXXVIII, 3. Bellum a M. Crasso contra Bastarnas gestum refertur Liv. Epit. CXXXIV. Dion. Cass. LI, 23. Bello Marcomanico Bastarnae et Peucini foederi gentium Suevicarum ascripti erant Capitol. Marc. Aurel. 22., qui etiam cum Gothis Romanas provincias lacessere non destiterunt. Trebell. Poll. 6. Probus magnam partem Bastarnarum victorum in Thraciam transduxit. Vopisc. Prob. 18. Sub Diocletiano et Maximiano fortiter contra Bastarnas et Carpos bellatum. Oros. VII, 25. De fatis Bastarnarum extremis silentium altum, quorum nomen in Gothorum nomine periisse videtur. Cf. Spener. Notit. T. II. p. 203 sq., ex quo sua hausit Dilthejus.]

b) *Venetorumque*] [*Venetorumque* et infra *Veneti* Cod. Turic. Edd. Spir. Kath. aliaeque apud Passov., a quo jure est receptum, cum *Venedorum* e conjectura Rhen. omnibus Edd. et libris geographicis intrusum fuisset. Ptolem. III, 5. Οὐενέδαι — Οὐενεδικὰ ὄρη — Οὐενεδικὸς κόλπος. Plin. H. N. IV, 13. *Venedis*, pro quo Harduin. in Emendd. *Venetis* proposuit; alii populi ejusdem nominis in Paphlagonia, ad mare Adriaticum et in Gallia Celtica *Veneti* ibid. scribuntur. Jornand. de reb. Goth. 5. *Winidas* et *Venetos* eos vocat. Veneti ab austro ad Bastarnas, a septentrione ad Fennos pertinebant; Ptolem. l. l. ad *sinum Venedicum*, partem maris Suevici, in Sarmatia sedes eorum locat. Sunt, qui Venetos et Wendos, gentem Slavicam, eosdem esse putant, ut Longolius et Anton. interpr. Germ. p. 190, quae sententia probatur Passovio et Dilthejo. Constat, hos Wendos, qui sedes Venetorum modo descriptas occupabant, ineunte saeculo VI. p. Ch. n., terras Germanorum migrationibus vacuas invasisse. Cf. Spener. T. II. p. 200 sq. et p. 384 sq.]

c) *Fennorum*] [Sic Cod. Tur.

to; quanquam Peucini, quos quidam Bastarnas d) vocant, sermone, cultu, sede, ac domiciliis, ut
2 Germani agunt; sordes omnium ac torpor procerum: connubiis mixtis e) nonnihil in Sarmatarum
3 habitum foedantur f). Veneti multum ex moribus

Edd. Nor. Rhen., (qui pro *Ferninorum*, quod in quo libro scripto aut impresso legatur, nullus editorum annotavit, scripsit, se emendasse *Fennorum*, haud dubie secutus Ed. Nor.,) et recentt. *Femiorum* Edd. Spir. (sed infra *Fennis*, quae nomina propria h. c. usque ad v. *Veneti* minuscula litera exhibet, praeter *Germanis*) Kath. Rhag. aliaeq. ap. Passov. Infra *Femiosque* et *Femiis* una Mon. Φίννοι Ptolem. Nomen Fennorum, hodie Finnorum, verius ducitur a voc. *Fen*, quod paludem in pluribus linguis, Germanica, Anglica, Suecica significat, vid. Sprengel. interpr. vernac. p. 150, quam e suspicione Wilh. Germ. p. 348. a *Finne*, i. q. saltu in dialecto quarundam regionum Germaniae; beneque observat Arndt. de orig. et cognat. ling. Europ. p. 324., quaecunque nomina Finni seu Tschudi sibi ipsi imposuerint, ad aquam et solum aquosum, quo hodie quoque hic populus delectetur, esse referenda. Ptol. III, 5. Finnos Sarmatis ascribit. Plin. H. N. IV, 13. *Epigia* (quod male correctum in *Eningia* vel *Finningia*) est terra Finnorum, de quibus omnis silet historia, donec saec. VI. p. Ch. n., cum e Suecia in Italiam et Byzantium expeditiones facerent, a Jornand. Goth. 5. *Crefennae*, a Procop. Hist. Goth. II, 15. *Scritofinni*, a Paul. Diac. de reb. Longobard. I, 5. *Scritobini* vocantur. Mannert. Geogr. T. III. p. 324.]

d) *Sarmatis — Bastarnas*] [*Sarmathis — Sarmatharum* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. Nor., item *Bastranas* praeter Nor.]

e) *sordes omnium — connubiis mixtis*] [*Omniumque* Ed. Nor. Sine distinctione Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. A multis editoribus, ut a Pichena, Broterio, Longolio, Seebod. recepta est Rhenani distinctio post *torpor:* cum Passovio incidi post *procerum*, qui bene verba ita interpretatur: »proceres non modo sordidi degunt, ut tota gens, sed torpentes nihilque agentes: et hactenus Germanis sunt propiores.« Vid. supra cpp. 14. 15. 20. Pro *procerum* male conjecit Rhen. *ceterum*, *corporum* V. D. in Eph. lit. Jen. 1818. m. Aug., temere a Sprengelio textui obtrusum. *Mistis* Ed. Spir. *mistos* Edd. Nor. Rom., de utraque forma Participii Nolten. antib. T. I. p. 115. Cellar. Orthogr. T. I. p. 290. De voc. *torpor* vid. not. ad cap. 14.]

f) *nonnihil — foedantur*] [*Foedatur* Edd. Rhen. Ald. I. e.

bus [g]) traxerunt; nam quicquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potius refe- 4
runtur, quia et domos fingunt [h]), et scuta gestant, et peditum [i]) usu ac pernicitate gaudent; quae omnia diversa Sarmatis sunt, in plaustro equoque viventibus [k]). Fennis mira feritas, foeda paupertas: non 5
arma, non equi, non Penates. Victui herba, ve- 6
stitui pelles, cubile humus: solae in sagittis spes, quas, inopia ferri, ossibus asperant [l]). Idemque ve- 7
natus viros pariter ac feminas alit [m]); passim enim comitantur, partemque praedae petunt. Nec aliud 8
infantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in

nonnihil degenerant in foedum habitum Sarmatarum. Quam foedus sordidusque populorum, hodie Sarmatiam incolentium, victus sit cultusque, in vulgus notum.]

g) *ex moribus*] [Sc. Sarmatarum. Vid. Tac. Histor. I, 79. de horum armatura et genere pugnandi.]

h) *hi — fingunt*] [*Hic* Ed. Mon. *Fingunt* offerunt omnes Codd. et vett. Edd. *Figunt* mendum typographicum Ed. Lips. primae, a multis recentt. receptum, etiam Longolio mirifice est probatum. *Figere domos* legitur in Ann. XIII, 54., sed alia significatione.]

i) *peditum*] Cap. 6, 7. de *velocitate peditum*, quod satis probat, non opus esse Lipsii emendatione *pedum* [recept. a Broter. Oberlin. Bip. Seebod. Sprengel. Schlueter.], siquidem *velocitas* illa est praesens *pernicitas*. Sic Gell. IX, 4, 6. *singulariae velocitatis*, et 9. *vivacissimae pernicitatis*. [Doctius Longolio vulgatam defendit Passov.]

k) *diversa — viventibus*] [*Di-diversa* Ed. Put.] De his, qui ob hoc vitae genus a Graecis ἁμαξόβιοι dicuntur, v. Ammian. Marcellin. XXII, 8. Justin. II, 2. Strabo VII. p. 446. Mela II, 1. [III, 4. Interpr. ad Hor. Od. III, 24, 10. Plin. H. N. IV, 12. Herodot. IV, 46. c. not. Valck. et Wess.] Senec. de Provid. 4. perperam de Germanis pronuntiavit, castigatus a Lipsio.

l) *solae — asperant*] [*Sola* Cod. Tur. Ed. Nor. e Rhenani in recentiores fere omnes Edd. fluxit. *Asperant ossibus*, nimirum spiculorum vice praefixis.]

m) *venatus — alit*] Supra cap. 15. [*Pariter et* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov. De locutione *venatus alit* vid. N. Heinsius ad calc. Tac. T. II. p. 943. Oberl.]

9 in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc [n]) redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Sed [o]) beatius arbitrantur, quam ingemere agris [p]), illaborare domibus [q]), suas alienasque fortunas spe me-
10 tuque versare. Securi adversus homines, securi adversus Deos [r]), rem difficillimam assecuti sunt, ut
11 illis ne voto quidem opus esset [s]). Cetera jam fabu-

n) *imbriumque — ramorum nexu contegantur. Huc*] [*Ymbriumque* Cod. Tur. *hymbriumque* Spir. Kath. male cf. Voss. Etym. L. L. p. 262. *Contegatur* Ed. Ald. *Nunc*, Ed. Nor.]

o) *sed*] [Lectionem Codd. et vett. Edd. reductam ab Ernest. recepere Broter. Seebod. Passov. pro *Id*, e conjectura Rhen. in multas Edd., etiam Longol., intruso. Quod pronomen, frequenter omissum, h. l. supplendum est. Cf. Palairet. Thes. Ellips. Latin. p. 156. Wopkens. Lect. Tull. p. 181. Goerenz. ad Cic. de Legg. p. 175. Academ. p. 184. Heusing. et Beier. ad Cic. de Offic. III, 21. Walch. Emendatt. Liv. p. 81. supra cap. 45. p. 203. Passov. ad h. l.]

p) *ingemere agris*] [I. e. gemere in agris prae labore.] Ea enim omnium Germanorum erat indoles, ut, teste Nostro cap. 14., *terram arare* iis haud facile persuaseris: adde cap. 26. extr. Ammian. Marc. XXII, 8. Strab. l. c. *Ingemere aratro* Virg. Georg. I, 45. [*bidenti* Lucret. V, 209.]

q) *illaborare domibus*] [*Elaborare* Ed. Mon.] Rarissimum *illaborare* eadem ratione atque *ingemere*. Cum *in* neget, inde Senec. Epist. 97. *terra illaborata* est pro *non laborata* atque culta. Rem explicat Ammian. Marc. l. c.

r) *securi — Deos*] [Senec. Epist. 17. in commendanda paupertate: *Paupertas expedita, secura est* etc. Ibid. *Quanto hoc majus est, quo promittitur perpetua libertas, nullius, nec hominis, nec Dei timor?* Sallust. Cat. 37. — *egestas facile habetur sine damno.* Male Pichena verba *securi adversus Deos* interpretatus est: » dum agriculturae non studebant, securi etiam erant adversus Deos, i. e. adversus grandines ac tempestates, ceterasque coeli injurias, quae segetes atque omnes alios terrae fructus aliquando destruere solent. « Recte Ernestius: » *securi sunt adversus Deos*, non quo nullos credant, sed quod nihil habentibus adimere Dii nihil possunt. «]

s) *ut illis — esset*] [*In illis* Edd. Spir. Put. Mon. *Esset* Codd. et vett. Edd. recte revocavere Ern. Broter. Passov. *Sit* e conjectura Rhen. omnes fere recc., etiam Longol. Bip.]

fabulosa [t]): Hellusios et Oxionas ora [u]) hominum vultusque, et corpora atque artus ferarum gerere [v]); quod ego, ut incompertum, in medium relinquam [w]).

t) *fabulosa*] Qualia in Gellii IX, 4. [Mel. III, 6. *In his esse Oaeonas, qui ovis avium palustrium et avenis tantum alantur: esse equinis pedibus Hippopodas et Panotos, quibus magnae aures, et ad ambiendum corpus omne patulae* — ibiq. Is. Voss. Idem narrat Solin. Polyh. cap. 19. ibiq. Salmas. in Exerc. Plin. T. I. p. 217., qui pro *Panotis Fanesios* habet. Caes. B. G. IV, 10. similia fabulae de Oaeonibus retulit: — *ubi* (Rhenus) *Oceano appropinquat, in plures diffluit partes, multis ingentibusque insulis effectis, quarum pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus sunt, qui piscibus atque ovis avium vivere existimantur.* —]

u) *Oxionas ora*] [*Hora* Ed. Nor.] Dubito, num a fluvio sint vocati *Oxo*. Mel. III, 5, 59. [Rarius Noster exitu Acc. plur. 3. declin. in *as* utitur, more Graecc., vid. supr. 43. *Helveconas*, 45. *Suionas*, h. l. *Oxionas*, Ann. XII, 27. *Vangionas*, de quo cf. Cort. ad Sall. Jug. 19. Ruddim. Instit. T. I. p. 101.]

v) *vultusque — ferarum gerere*] Originem hujus fabulae in promptu est explicare ex verbis cp. 17. — *gerunt et ferarum pelles.* [Ann. II, 24. idem Tac. expressit per *ambiguas hominum et beluarum formas.* — *Vultusque, et corpora* Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. aliaeq. ap. Passov., a quo haec lectio rejecta est prae altera *vultusque, corpora* Edd. Nor. Rhen. et recentt. omnium. *Terarum genere* Ed. Nor.]

w) *in medium relinquam*] De qua rariori dictione v. Gell. XVII, 2, 11. [VI, 14.] Sic *in potestatem, in mentem fuit* apud Gell. I, 7, 17 sq. Plura in Vechneri Hellenolexia [p. 258 sq. Ernest. Cl. Cic. s. *in*. Voss. de Construct. p. 584. Parei Lex. crit. p. 683. Walch. Emendatt. Livian. p. 46.]

INDEX IN NOTAS.

Alli-

Bra-

Con-

E.

Flu-

Inten-

Ma-

Nai-

Per-

Q.

R.

Re-

Simi-

Tumu-

HANOVIAE, TYPIS ORPHANOTROPHEI CAMPIANI.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 1. not. d) *Rhaetisque* etiam habet Ed. Vienn.

— 3. text. lin. 1. *Ceteram* Ed. Mon. pro *Cetera.*

— 5. text. l. 2. post *versus* virgulam habet Cod. Tur., quam, etiam a Longolio omissam, Passovius delevit cum Edd. Nor. Put. Vienn.

— 8. not. d) l. 1. leg. *minimeque* pro *minime.*

— 9. not. e) l. 8. Sall. Jug. 74, 1. pro 1, 74.

— 9. not. g) *Obversus* conjecit Lipsius, qui tamen *Oceanum adversum* eo sensu accipi posse scripsit, quasi mari Italico et Tyrrheno oppositus sit, quo etiam *diversum.* Pichena, qui *adversus* ita explicuit, ut sit vestigiis nostris oppositus, ut Antipodes, apposite laudavit Cic. Somn. Scip. 6. *Vides hosque, qui incolunt terram — partim obliquos, partim etiam aversos, partim etiam adversos stare vobis.* — *Duo* (cinguli) *sunt habitabiles; quorum australis ille, in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia.* — Orellius citavit Cic. Acad. II, 39. *Dicitis etiam esse e regione nobis, e contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis.* Gronovius male *adversum Oceanum* interpretatus est contrarium navigantibus.

— 10. not. n) *asperam coelo* pro *asperam.*

— 11. text. l. 2. Ed. Nor. et e conjectura Gebauer. Vestig. p. 93. *ei filium*, Ed. Paris. *cui filium.*

— 12. not. w) Cod. Tur. Edd. Spir. Kath. *conditorisque.*

— 13. text. l. 3. Pro *vera et antiqua* Schulz. in Praef. ad Tac. Dial. de corr. el. p. XXVI. exhibuit *vetera et antiqua*, haud dubie ex errore.

Ib. not. z) l. 9. leg. *Dithmarsen et* pro *et Dithmarsen.* l. 10. *Germanos* pro *Germani.*

Pag. 13. not. c) Bene Wilhelm. Germ. p. 86 sq. observat, *Vandalios* Taciti et *Vindilos* Plinii non esse intelligendos Vandalos postera aetate claros, sed nomen eorum generalius significare accolas Oceani: gentis Suevicae eos fuisse, quorum pars postea sedes mutaverit.

— 14. not. e) l. 27. leg. *ita interpretatur, ut sit hospes* pro *interpretatur hospes.*

— 17. not. l) leg. ἀπό τινος pro ἀπό τινός.

— 18. text. l. 2. Ed. Paris. *accensus animus.*

Ibid. not. b) E Tac. Ann. IV, 47, quem locum illic laudavimus, haec verba ad Germanos spectant: — *receptique subsidio Sugambrae cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus cantuum et armorum tumultu trucem, haud procul instruxerat.*

Pag. 19. text. l. 3. Edd. Spir. Kath. *stutis.*

Ibid. not. g) Cod. Tur. Ed. Nor. *voces ille.* Ibid. l. 4. dele *jam.*

— 23. not. a) l. 25. leg. *connubiis* pro *conubiis.*

— 24. text. l. 4. Ed. Paris. *magna opera.*

Ibid. not. g) uncinus ponendus est ante *Alii.*

Pag. 27. text. l. 2. Ed. Paris. *vatis ferax.*

— 30. text. l. 1. Ed. Paris. *princibus numeri data.*

Ibid. not. t) utroque loco legitur *ulteriores.*

Pag. 32. De genere pugnae et armorum Germanorum adde Tac. Ann. II, 21. — *cum ingens multitudo artis locis praelongas hastas non protenderet, non colligeret, neque assultibus et velocitate corporum uteretur, coacta stabile ad proelium: contra miles* (Romanus), *cui scutum pectori appressum, et insidens capulo manus, latos barbarorum artus, nuda ora foderet.* —

— 33. text. l. 6. Ed. Paris. *Scuta tamen.*

— 34. text. l. 1. Ed. Paris. *fluxu.*

Ibid. text. l. 6. Cod. Tur. Ed. Spir. *diffinitur*, Kath. *difinitur.*

Pag. 35. not. s) uncinus ponatur ante *Cf.*
— 37. text. l. 1. pro *vincire* Ed. Kath. *vivere.*
Ib. not. g) extr. leg. ordine inverso *Deo imperante* — *Deo inspirante.*
Ib. not. h) l. 13. *Aestuis* pro *Aestyis.*
Pag. 41. text. l. 3. Ed. Spir. male *plaerosque.*
— 44. not. h) l. 8. *Ed.* pro *Edd.*
— 47. not. h) deleatur uncinus.
— 48. not. g) l. 6. *Anab.* pro *Annal.*
— 49. not. y) sub fin. *graviorum* est mendum typographicum in Ed. Longol.
— 51. not. k) uncinus ponatur ante *Computent.*
— 57. not. o) l. 16. pro *latine* accuratius scribendum erat *e lingua latina.*
— 63. text. l. 7. ante *exigunt* punctum ponatur.
— 64. not. h) l. 7. leg. *intruserunt* pro *intruferunt.*
— 65. not. o) l. 13. uncinus post *videtur* ponatur.
— 72. text. l. 2. leg. *receptaculum* pro *receptaculam.*
Ib. not. l) l. 5. *frugum* est mendum typographicum in Ed. Longol.
Pag. 73. not. e) l. 2. comma ponatur inter *agitare agere.*
— 80. not. r) l. 46. in aliquot exemplaribus corrig. *vice* pro *vices.*
— 81. not. b) l. 4. pro *theatra* corrige *scenici.*
Ib. not. c) leg. *conviviorum irritationibus.*
Pag. 83. not. f) extrem. uncinus ponatur.
— 87. not. d) l. 6. leg. 29. pro 39.
— 88. not. m) l. penult. leg. *Eccl.*. pro *Ecl.*.
— 92. not. e) leg. *Plin. Epist.* VII, 24. *effusius fovere.* VII, 30. *effusissime diligere.*
— 96. not. l) l. 16. leg. *illi* pro *ille.*
— 98. not. u) l. 8. leg. *Vellej.* II, 118.
— 101. not. f) l. 3. leg. *compositi* l. 4. *corrupti.*
— 102. not. l) l. penult. leg. *aprinae* — *lactucis* pro *apri* — *lactucinis.*

Pag. 107. not. a) extr. insere *qui* ante *lidi*.
— 110. not. z) extr. plenius scribatur *Sigon. Antiqq. Jur. Heinecc. Antiqq. Rom. Doering. Synag. Libertin.*
— 115. not. t) l. 7. leg. *Septembrem* pro *Novembrem* — *Herbstmonet* pro *Herbist* — *Mannoth.*
— 116. not. c) l. 2. leg. *facilius* pro *faciliorus.*
— 117. not. f) l. 29. leg. *uti* pro *uri.*
— 119. text. l. 2. dele *gula.*
— 121. not. l) l. 14. leg. *Meteorol.* pro *Meteorot.*
— 123. not. m) l. 11. scriptura *Bojoariorum* usitatior est.
— 126. not. d) l. 3. leg. XII, 27. pro XII, 21. Tacitum nunc, sententia mutata, usum esse scriptura *Nemetae* nego, quae ei vulgo in libris geogr., ut Cellarii, Wilhelmi etc., tribuitur; nam l. l. *Nemetas*, cui jungitur *Vangionas*, pro Accusativo, formato a Nominativo *Nemetes* habeo cf. not. ad cap. 46. p. 211., suffragante Grotefend. Gr. lat. T. I. §. 33.; nec audiendus Cellar. Geogr. Vol. I. p. 246, negans, Graecum casum in peregrino vocabulo locum habere.
— 130. not. b) l. 15. leg. 100,000 *pass. in longitudinem.*
— 133. text. l. 2. dele punctum post *terminos.*
— 136. not. g) corr. in aliquot exemplaribus Ammian. Marcell. XXVIII, 2.

Ibid. not. m) l. 2. leg. *Nor.* pro *Voc.*

Pag. 138. not. a) extr. leg. *Spartian. Julian.* pro *Capitolin. Julian.*
— 145. not. c) l. 18. leg. *Petaviana* pro *Patavina.*
— 148. not. c) Angrivarios ad dextram Visurgis ripam locat Krus. in Tab. geogr. Germ. M.
— 151. not. c) l. 11. leg. *Germ.* 45. pro 35.
— 153. not. k) l. 14. leg. *referendas* pro *referenda*, l. 19. *sparsam* pro *sparsas.*
— 154. not. n) l. 9. leg. *cap.* 32 pro 33.
— 162. not. e) leg. bis *manus* pro *manum.* l. 10. *ingentem* pro *ingentes.*
— 173. not. q) l. 24. leg. *vulgatam* pro *vulgatem.*

Pag. 174. not. r) l. 17. leg. *centum* pro *centnm*.
— 176. not. a) *Mesuium* Krusius in Tabul. geogr. Germ. antiq. pro Merseburgo dubitanter habet. Ibid. not. b) l. 10. post *plurimis* dele punctum.
— 184. not. c) l. 15. a fine leg. *Juthungis* pro *Junthungis*.
— 187. not. c) leg. *Golhini Ed. Spir.* pro *Gothini Edd. Spir.*
— 188. text. l. 1. Ed. Spir. *Marconiarum* pro *Marcomanorum*.
Ibid. not. c) l. 8. a fine Ptolem. II, 11. pro II 1, 1.
— 189. not. k) l. 12. leg. *Pauca* pro *Multa*.
— 193. leg. y) *adductius*.
— 201. not. p) l. 16. *omniumque* pro *omnium*.

Passim, ut p. 69. 119 etc., *voci* vel *vocabulo* Genitivus substantivorum pro Nominativo erat jungendus. —

Nuperrime Dorovius in Monum. vet. ling. et art. T. I. P. I. p. 87 sq., ut etymologias nominum popul. Germ. explicaret, quinque classes, unde nomina ducta sint, constituit: e quibus etymologiis, licet ex parte argutius quam verius excogitatae sint, probabiliores cum lectoribus communicabimus. 1) A numinibus. *Gothi* — *Gothini* ab *Othino*. 2) A ducibus. *Hermunduri* ab *Hermundr*, i. q. forti bellatore. 3) Ab instrumentis bellicis. *Angli* ab *Angel*, hamo, quo in bellis uterentur, *Germani* (Spiessgesellen) a *Geirr* — *Ger*, lancea. 4) A proprietatibus. *Chatti* die Gehässigen, a finitimis invidis ob constantiam bellicam sic vocati, *Quadi* die Bösen, *Suevi* a vita vaga. 5) A sedibus. *Aestiaei* (*Aestui* Tacit.), *Istaevones* ab Osten, oriente, *Angrivarii* a loco *Enger*, *Bructeri* a locis palustribus, *Chamavi* ab urbe *Hamm*, *Cherusci* ab *Harz*, *Fosi* a fl. *Fusa*, *Langobardi* a *Lyngbardssida* in Norvegia, *Marcomani* a *Mähren* (Marbod), *Mattiaci* a locis (Maden — Metz) in Hassiae parte septentrionali, unde migrarint, *Rugii* a *Rogeland* in Norvegia, *Triboci* a tribus fagis, Dreibücher.

DUE FEB 23 '50

Lt 1.427
De situ moribus et populis Germania
Widener Library 006988253
3 2044 085 234 391